rael, illud velim intelligant, nihil hinc pertinere ad Iſrael iuxta carnem, ipſi. n proijcientur in tenebras
exteriores. Nam & chriſtum dominum ipſi manibus ſuis tradiderunt Gentibus: cedentes iuri ſuo. Hiero- Math. 8.
nimus. Conſilio inito, Emerunt agrum. Illi quidem fecerunt alia voluntate, vt ęternũ impietatis ſuę relin Hiero.
A querent ex agri emptione monimentum. Cęterũ nos qui peregrini eramus a lege & prophetis, praua eo
rum ſtudia ſuſcepimus in ſalutem, & in precio ſanguinis chriſti requieſcimus, Figuli autem ager appella
tur, cuius manibus plaſmati ſumus toti in circuitu iuxta Iob. Capi. 10. Gene. 1. Hiere. Cap. 18. Male itaq;
cõſiliati ſunt ſeſqui Catones iſti. Nã ſi pecuniã illam in corbonam iactaſſet, vnde deſſumpta fuerat: nõ
ita crimen ſuum manifeſtum fieret. Nũc autem empto agro: etiam poſteris totam rem prodiderunt, Qui
& ad charitatem dei hoc maximę reſpicit inquit Chriſoſt / quia nõ ſolum ipſe propter nos traditus eſt ſed
& precium pro eo datum in ſepulturã nr̃am ceſſit, propter hoc vocatus eſt ager ille Acheldemac. Achelde Chriſoſt.
mac Syris per Iude ſonat quaſi agrum ſanguinis, velut igitur hoc officio pietatis penſaturi crimen quod
erat in manibus agrum emunt, peſſime conſulentes fame ſue. Siquidem adeo res hęc venit in prouerbiũ
vulgi: vt hodie quoq; ager ille vocetur Acheldamac. Tunc ad impletum eſt, quod dictum eſt
per hieremiam prophetam dicentem. Et acceperunt. 30. argenteos pretium apprecia-
ti, quem appreciauerunt a filijs Iſrael. Et dederunt eos in agrum figuli, ſicut cõſtituit
mihi dominus, Hieronimus, hoc in Hieremia non legitur. Legi nuper in quoddam hebręo volumine Hieroni.
B quod Nazaręę ſectę michi hebręus obtulit hierimie apocriphum: in quo ad verbum hęc ſcripta reperi.
Sed tamen mihi videtur magis de Zacharia ſumptum, iuxta morem Euangeliſtarum qui ſenſum magis
q; litteram ſequũtur frequenter. Vide Zach. Cap. 11. Quod dicit: quem appreciauerunt: ſenſus eſt: quẽ pre
tio ęſtimauerunt eoq; admodum decoro ſed dominus formam ſerui induens. Licere voluit velut ſeruus, &
manus eius quę celos formauerunt, in cophino ſeruierunt. In quibus & nos depicti ſumus. Eſai. 49. ſte- ps. 80.
tit ergo Ieſus ante pręſidem. Et dixit prẽſes. Quam accuſationem afertis aduerſus
hominem hũc: Reſponderunt. Si non eſſet hic male factor, non tibi tradidiſſemus eũ
Dixit ergo eis pilatus. Accipite eum vos & ſecundum legem veſtrã iudicate eũ. Di-
xerunt ergo iudei. Nobis non licet interficere quenq;, vt ſermo Ieſu impleretur, ſig-
nificans qua morte eſſet moriturus. Ioam. 18. ſtetit igitur vita ante mortem: ſed vita induta erat
C neſcio quas pelles: quę in eo ſimilitudinem fratris expreſſerant. Pilatus ergo vbi vidit nouã iuditij pom-
pam, captum & vinctum ante q; eſſet auditus a iudice, armatam hominum manũ: ſacerdotes turbe mix-
tos omnes tumultuantes imo debachantes, prodijt foras, contaminandus ipſe alloquio eorum, quod velut 2. diſti. 2.
Cancer morbus ſerpebat prodijt autem, vt ſiqua fieri poſſet placata eorum pertinaci veſania, iuſtum libe
raret de manu impiorum, Et quam accuſationem inquit affertis aduerſus hominem hunc. Non eſt. n. cõ
ſuetudinis Romane animaduertere in aliquẽ, niſi cõuictum de Crimine. Ibi ſenes inueterati ſemẽ neq; pro
genies viperarũ: ſufficiat inquiunt tibi tãtorũ ſacerdotum & ſenum veneranda canicies, (Catone ſeuerio
res, phalaride crudeliores, Sardanapalo nequiores) & autoritas, qui ſi non eſſet hic homo maleficus, quæ
noſtra erat religio, vt tibi tradidiſſemus eum. Auguſtinus. Interrogẽtur cęci illuminati, a dęmonibus poſ Auguſt.
ſeſſi & liberati, mortui excitati &c / vtrum ſit malefactor ieſus. Sed iſta dicebant, de quibus per prophetã
iam ipſe predixerat Retribuebant mihi mala pro bonis, p̃s 105. Exiſtimabant aũt forſan homicidę iſti idẽ
D futurum apud iudicem pilatum, quod legimus in Daniele de duobus ſenibus capularijs, qui falſum dixe- Dani. 13.
runt teſtimonium contra ſuſãnam & credidit eis omnis pupulus, dicentibus illis huius rei nos teſtes ſu-
mus. &c. ſed non ſic impij non ſic. ſed ſi quid morte digrum egit homo iſte. Id cum mihi perſuaſum non
ſit ego in eum nunquam feram ſententiam - Vos potius qui eſtis oculati teſtes eum accipite & in eum
decernite iuxta veſtram legem. Si in legem veſtram peccauit, ſi ſabbatum violauit, ſi in Moſem iniurius
fuit aut in templum deum ve veſtrum, aut ſi quid huiuſmodi commiſſum eſt quod veſtra lex puniri iu-
bet (quod tamen Romana lege prohibitum non eſt veſtra id intereſt iudicare mea nihil refert, qui cęſare-
as tantum leges tueor, non iudaicas ſuperſtitiones. Et illi nobis non licet inquiunt interficere quenquã
in paſchate videlicet iuxta Cyrillum. Veruntamen Iudęi & ſi quouis modo vellẽt dominum Ieſum de me Cyrillus.
dio tolli, tamen metu prętexunt religionẽ, ne & ipſi vocarentur ad ſuplicium, q; innocentem occidiſſent
& indemnatum: ſimul q; nouum ſuplitij genus deſiderabãt in chriſto, quod cum apud iudęos erat omniũ
E probroſiſſimun vnde dicit impudens natio illa quę tot prophetas occiderat, Nobis non licet interficere
quenquam & verum eſt q; non ffuit conceſſum ipſis adeo vt interficerent manibus ſuis dominum chri-
ſtum. Auguſti, Quid eſt quod loquitur inſana hęc natio? An non interficiebant, quem interficiendũ offe Auguſt.
rebant; quid eſt, nobis non licet interficere quenquam? ſi male factor eſt: quur non licet ſi bonus eſt cur li-
gatum tradidiſtis pilato? ſed intelligendum eſt eos dixiſſe, Non licet, propter feſti diei ſanctitatem quem
celebrare iam cęperant propter quem de ingreſſu prętorij etiam contaminari metuebant viri iſti malicia
famoſi. Nobis iuxta legẽ Moſi dicebat eis in multis cauſis ſecundum autem legem impoſitam eis a Ro
manis pœna mortis Romano præſidi ſeruabatur Caietanus. vos igitur ſi non illum cępiſtis & vinctũ tra
didiſtis & occidendum pręſidi, non eum a vobis interfectum iactare, Si autem clamaſtis Crucifige Crucifi

ge eum

Fondo Reservado de EL COLEGIO de JALISCO

ge eum audite quid contra vos propheta clamet. p̃s, 56. filij hominum dentes eorũ arma & ſagittę, & lingua eorum gladius acutus, Ecce quibus armis quibus ſagittis quo gladio iuſtum interfeciſtis quando vobis interficere quemq̃ nõ licere dixiſtis. Quid autem dicit Ioãnes, vt ſermo Ieſu impleretur. &c. ſignificauit euangeliſta his verbis, id quod dominus alias dixerat, tradetur. n. Gentibus. Luce. 18. traditus eſt. n. dominus Gẽtibus a iudęis, vt quem iudęi condemnatũ ad mortem tradiderunt, iudex traderet militibus Romanis vt crucifigeretur ideo pilatus qui iudex Romanus erat, cum vellet eum reddere iudeis, Vt iuxta legem ſuam iudicarent eum, noluerunt eum accipere dicentes. Nobis nõ licet interficere quemq̃ Theophyl.

Theophi. Nobis non licet interficere quemq̃, morte crucis deſideratiſſimum autem nobis eſſet, q̃ crucifigeretur ſequitur ex luce. Cap, 23. **Cęperunt aũt illum accuſare dicentes. Non vnam ſed plures cõtra eum dicas afferimus hunc enim, inuenimus ſubuertentem gentem noſtram & prohibentem tributa dari cęſari, & dicentem ſe chriſtum Regem eſſe.** ſicut patet ex pręcedẽtibus, iam in concilio iudeorum morti ad iudicatus fuerat dominus, apud quos prædominante inuidia ęca, quantum libet leuis cauſa ſufficiebat. Abſit autem vt aliquam vel leuiſſimam inuenirent non dico veram ſed vel veriſimilẽ. Cęterum. apud Romanũ iudicem, qui ſi deũ nõ timebat metuebat vel violare ius publicum, ac pro inde apud eum plus erat ęquitatis, opus erat abundantori teſtimonio, & teſtibus idoneis qui vera crimina obijcerent & probarent. Dicunt ergo. hũc inuenimus ſubuertentem gentem noſtram &c. Quid his mendatijs impudẽtius? oſtẽſo nomiſmate, dixerat, Reddite cęſari quæ ſua ſunt, Matth. 22. ipſe alias tributum ſoluit, Matth. 17. Rex ne fieret in montem fugit. Ioan. 6. Alias Corycei iſti vnde habent probare quod obijciunt, inuenimus eum ſubuertentem Gentem noſtram? Duodecim homines pauperes elegit & Idiotas, quibus cum loquebatur de regno dei, his dedit poteſtatem de omnibus bene merẽdi, calcandi ſupra ſerpentes Luce, 10. curandi omnem morbum, docuit eos non retaliare iniurias: ſed vincere in bono patiẽtię malũ iniurię, apud eos in nocte qua traditus eſt, duo tantũ gladij reperti ſunt. Cęterũ Meſſiam ſe eſſe, non tam voce & verbis q̃ euidentibus ſignis atq̃ operibus declarauit. Qua propter etiam ſi id de ſe predicaret quod tamen palam feciſſe non legimus, id non oportebat abijcere criminis loco, & maxime apud iudicem Gentilem: niſi & illud probare poſſent, non competere in eum, ea quę de venturo meſſiã prophete pędixerãt ad quę omnia eſſet pilatus, tanquam ſi ſurdo narraretur fabula ſequitur. Luce. 23. Ioan. Cap. 18. **Introiuit ergo iterum in pretoriũ pilatus, & vocauit Ieſum, & dixit ei. Tu es Rex iudeorum? At ille reſpondens ait tu dixiſti. Ait autem pilatus ad principes ſacerdotum & turbas, Nihil inuenio cauſe nullum crimen inuenio in hoc homine.** Pilatus igitur iudex alioqui idolatra ęquior certe iudaicis ſacerdotibus: crimen de non pendẽdo tributo cęſari prudens & volens diſſimulat, & quia intellexit falſũ eſſe, nec alias de chriſto quicq̃ huius audierat, & quia nouum non erat de hoc quęri apud iudęos, cum tota phariſeorum ſecta id ſentiret, populum qui decimas & premitias deo ſoluebat, non oportere pendere cenſum Gentibus adeo alienis. quod ſubuerſor eſſet, vnde probant cum totus eſſet ad pacem natus, totus deſiderabilis, cum ſuos docuerit vt dicerent ingreſſuri domum, pax huic domui de regno igitur interrogant eum quoniam autem

Matth. 10. Matth. 21. ſex dies exceptum audierat cum Ramis: clamante turba: o Rex Iſrael. &c. Tu es inquit rex iudeorũ? Quot & ipſum forſan Ironicę Rogat pilatus Regẽ. n. ſibi iudei id temporis vnde crearent, Romanis ſubiecti qui tanq̃ crura ferrea (Dani 2.) imo & tanquam dentes ferrei omnia cõminuerant, & intrieuerant vẽtri

Dauid. 7. ſuo? Floruit. n. Romanũ imperiũ maxime ſub. A. ceſare cuius anno ſecundo & quadrageſimo circiter na-

Theoph. tus eſt dominus chriſtus. Theophyl. Tu es ille rex iudeorum? videtur autẽ michi iſta interrogatione quã facit erga chriſtum, ridere calumniam. Subſanat. n, rem, dicẽs: Tu es Rex iudeorum? Quaſi dicat. Tu qui tam pauper, tam vilis? tã deſtitutus auxilio, tam nudus accuſaris regnũ ambire. Hoc autem deridentium eſt Vt dixi, ita acuſare Ieſum, fingendo talem rem attentari ab homine tam nudo atq̃ vili, ad quam tot diuitijs atq̃ pręſidijs opus eſt, verum hi cum nihil aliud haberent ad ſycophantiam confirmandam clamoris vtuntur auxilio, dicentes, commouit populum, &c. Reſpondit itaq̃ dominus, Tu dixiſti, Sic ſapiẽtia ſua temperans verba ſua, vt nec veritatem negaret, nec tamen daret operam: vt elaberetur & iuditio, qui moriturus venerat pro grege ſuo Pilatus ergo & ſi non intellexiſſet verba chriſti, qui de regno cęlorum nihil ſomniauerat, Gentilis cum eſſet & a muſis prophetarum alienus niſi quod audierat neſcio quem Meſſiam expectari a iudęis futurum Regem, quod tamen ipſe putabat ſine capite fabulam, ex

Prouerbi. ipſo autem aſpectu chriſti collecta Ieſu modeſtia, velut exũgue leonis molem, nec alias ignarus iudaicę improbitatis, ait ad eos. **Nihil inuenio cauſe in homine iſto.** **At illi crimina criminibus**, & mendatia mendatijs aſſuentes, & clamoribus omnia confundentes (deſerebantur enim iuſticia in tam impia cauſa). **inualeſcebat dicentes quibus ius in armis erat & in vocibus. cõmouit populum docens per vniuerſam iudeam orſus a Galilęa vſq̃ huc.** Cõmouerat, n. chriſtum autem dies totam ciuitatem in admirationem ſui, ſed & turba multa ex exteris cõmota eſt, ipſo ingrediente ciuitatẽ. Inſtant autem Iudęi, ne forte ille videns Ieſum premere ſilentio corſuum, velut fatuum illum abſoluat: propterea ergo inſtãnt dicentes, ipſum fingere ſtulticiam. Et ecce inquiunt hominem dicacem corã turbis: ante reges magis mutus q̃ piſces, & latere in eo maliciam, quam ſi abſoluatur exercebit rurſus in periculum ſubuerſionis populi. Grecę por commouit eſt anaſij, ideſt cõmouet de preſenti grece ſic habetur, vt intelligamus nõ de vna ſeditione accuſari chriſtũ dominum, ſed totam illius ac perpetuam accuſari vitam, vt ſeditioſam, cęterum iuxta moralem ſenſum vere dominus commouit populos: qui non venit pacem mittere in terra ſed gladium. Matthei, 10. Nec ſimpliciter meminerunt Galilę, ſed in terrorem

Matth. 3. pilati, Nã Galilęa ſemper ſeditioſi rerum q̃ nouatores fuere, ſicut Iudas Galilęus, cuius recordari faciunt pilatum

EL COLEGIO de JALISCO

unt Pilatum. Is.n.non parum negotij fecit Romanis. Talis autem eſt hic. Quem oportet quam primum de medio tollere,

Caput.viij. Pilatus audito ꝙ chriſtus eēt galileus: remiſit illum ad herodem. Qui gauiſus eſt viſo domino Ieſu. Interrogatur de multis, nil reſpondet. illuditur, & indutus veſte alba, remittitur Pilato. Fiunt amici herodes & Pilatus. Obtuliſtis mihi hunc hominem. &c. emendatū ergo dimittam. Introiuit ergo iterum in pretorium pilatus: & dixit domino. Tu es rex iudeorum. Regnum meum non ē hinc. Ergo rex es tu. Ego in hoc natus ſum vt teſtificer de veritate. Quid eſt veritas:

A Pilatus autem audiens Galileam, interrogauit ſi homo Galileus eſſet
Et vt cognouit ꝙ de herodis Poteſtate eſſet, remiſit eum ad herodē
qui & ipſe hieroſolymis erat illis diebus. Herodes autē viſo Ieſu
gauiſus eſt valde, erat.n. ex multo tempore cupiens videre Ieſum.
Eo ꝙ audierat multa de illo, & ſperabat ſignum aliquod ab eo vide
re fieri. Ita ꝗ pilatus cum homo emunctę naris eſſet, & proprius intuens, videret
rem omnem a Coniuratis principibus geri et multis ex pōpulo qui velut vmbrę cor Iob .14.
poribus adhęrebant, ſtudet & Ieſum innocentem agnum qui ſolus poteſt facere mū
dum de immūdo conceptos ſemine ad alterius cognitionem remittere, vt ſi non po-
ſſet eum abſoluere: ipſe ſaltem a cauſa veriſſimiliter impia liberaretur. Quam primum igitur audiuit,
& intellexit incipiens a Galilęa, ex vna hac vocula occaſionem nactus rogat verum nam Ieſus Gali-
B lęus eſſet, (Herodes autem tetrarcha erat Galilęę) quod vulgo iactabatur: licet ipſe Bethlemites eſſet &
cum reſponſum eſſet, Nazarenū eſſe Nazaret aūt in Galilęa prouincia eſt. Luc.2.) remiſit illū ad Hero Iob.20.
dem, ſed diuina prouidentia, vt & ab huius tribunali teſtimonium ferret dominus innocentię ſuę. Itaqꝫ
Herodes viſo Ieſu, gauiſus eſt gaudio magno valde: ſed gaudium eius ad inſtar puncti fuit? Quare quia Ioan.8.
vidit, nec credidit, vidit, & irriſit vides ergo quid interſit inter fidelem et infidelem. Fideles non viderunt, ps.2.
& Crediderunt, & adorauerunt a longe, ſicut Abraam & multi Reges & iuſti, infideles viderunt, & pre Iob.26.
ter euntes mouerunt capita ſua, ſed habitator Cęli irridebit eos, Audierat inquit multa de illo, verūtamē
vere ſcintillā operū eius nō audierat, ſicut alias Regina Saba de virtutibus ſalomonis.3.re.10. Et ſpera
bat homo paganus ſignū aliquod videre fieri ab eo, dicturus et ipſe ꝙ iudęi: beelzebub habet. et ī beelze Mar 3.
bub. Eijcit demonia. Lu.11. Multa igitur audierat, Nec tū crediderat nā ſi crediſſet, nūqꝫ eū irriſiſſet: po
tius aūt lętus & feſtinus excepiſſet ī domū ſuā, Luc.19. Interrogabat aūt eū multis ſermonibu-
C Nō alia ſciſcitans ab eo/ꝙ ſi interrogaret magū aliquē/ſacrilegū aut impoſtorē vel preſtigiatorē. Nō.n.
interrogabat ea, quibus redderetur melior iuſtior & equior: ſed a veritate audisū auertēs, Curioſa inter-
rogabat more Athenienſiū: ꝗ ad nihil aliud vacabāt, niſi aut dicere/aut audire aliquid noui. Forte inter Act.17.
rogabat, num ipſe eſſet, quem pater ſuus Herodes magnus recens natum occidere voluit, quādo illuſerūt Matth.2.
ei Magi. Num ipſe eſſet Ioanes: cuius, caput anno precedenti ipſe ſaltatrici puellę donauerat. Num Ipſe Marci.6.
eſſet Meſſias Iudęis promiſſus. Quibus inſtructus fallatijs mortuos Excitabat, ſuper aquas ſiccis pedi-
bus ambulauerat. Matth.14. At ipſe nihil illi reſpondebat, qui ſuis mādauerat, ſanctum non dan
dum canibus. Matth.7. Tacuit item iuxta ambroſium, quia herodis incredulitas & crudelitas non mere- Ambro.
batur videre diuina, & dominus iactantiam declinabat vnde illa verba apud Euangeliſtas toties repeti
ta. Nemini dixeris vel dixeritis. Matth. Cap.7. & cap.9: Item Marci. Cap.5. Et fortaſſe in Herode omnes
D impij figurātur, que ſi legi nō crediderint & prophetis, mirabilia ꝗqꝫ chriſti opera in Euāgelio videre nō
poſſunt. ſtabant etiam principes ſacerdotum & ſcribę conſtanter accuſantes eum.
Quod dicit Conſtanter, Grecę eſt entonos. Entonos ſignificat acriter & intento clamore. Illud cum
primo ſummopere cauētes, nequa preda ſemel arrepta elaberetur e mālbus, & totius potus periret labor
& impenſa: ſtant igitur conſtanter accuſantes eum, in omnibus quę illi obijciunt vereſimiliter imo ve-
re mentientes, Imo veriſſime nugantes. ſpeuit autem illum Herodes cum exercitu ſuo, &
illuſit indutum veſte alba veſte ſplendida grece lampram & remiſit ad Pilatū, Et fa-
cti ſunt amici Herodes et Pilatus in ipſa die, nā antea inimici erāt ad inuicē. Itaqꝫ He
rodes & ſi Rex impius (tetrarcha erat) & Tyrannus: cum omnem non dū exuiſſet hominē, huius hūs ali
quid ingenuę nobilitatis, ac pro inde parum commotus vanis Iudeorū criminationibus: quas & ipſe ab
inuidia proficiſci intelligebat: id ſatis habuit, contemnere a quó contemptus fuerat, vnde dominū xp̃m
E ludibrij gratia indutum veſte alba/remiſit ad Pilatum, Scriptum eſt.n. Zach.3.ꝙ Ieſus ſacerdos magnus
indutus erat veſte ſordida, venit.n. in ſimilitudinem carnis pecatricis, quā ſimilitudinem nunc hędinę pe Ioann.8.
lles nunc veſtis alba nunc purpurea, nunc coccinea expreſſerunt. Candidus eſt,.n. dilectus Eccleſie per in- Canti.5.
nocentiam: rubicundus im paſſione, purpureus in regno, coccineus charitate. Candidum igitur accepit
indumentum: qui de terra Virgine formatus eſt, & nūqꝫ maledicto ſubiecta rudetum.n. erat vere. Non.n.
decuit vt caro Marię vnde ſibi veſtē ſecūdus Adam aſſūpturus erat, qualiſcunqꝫ foret obnoxia culpę, cū Gene.2.
ſit xp̃s os de oſſibus eius & de carne caro. Nec erit ingratus matri ſuę, qui parētibus honorē pręcepit exhi Luce.9.
beri: ſiquidē erat Adam nudus erat & Eua, neqꝫ erubeſcebāt. Quare quia vterqꝫ innocens. Et dñs videtur
in veſte candida cum transfiguratur. & Maria ſole amicta, Cum exaltatur, Et facti ſunt amici Herodes
& pilatus

Fondo Reservado de
EL COLEGIO de JALISCO

et pilat⁹ &c. cauſa ſimultatũ inter Herodẽ & pilatũ illa pōt eſſe de qua habes, Luce. Ca. 13. ꝙ vt Pilat⁹
miſcuerit ſanguinem quorũdam Galilgorum, cum ſanguine ſacrificiorum eorundem, & nunc ruſus ami
Eze. I. ci fiunt in ſanguine chriſti, ipſe eſt, n. pax noſtra qui fecit vtraqꝫ vnum. Chilo ſenior cum quempiam dicẽ
Chilon. tem audiret. Nullum ſe inimicum habere interrogauit amicitias inimicitias qꝫ inuicem conſequi coniun-
giqꝫ neceſſe eẽ arbitratus. Nec forte in hoc fallebatur. Quam primum, n. Herodes reconciliatus eſt Pilato
inimici chriſti conſtituti ſunt. Non enim Herodes remittere debuit chriſtum ad Pilatum ſed facta diſqui-
Rom. 15. ſitione (cuius intererat) cũ innocentem inueniſſet, abſoluere, ſed ipſi quaſi honore inuicem preuenientes
Ariſtides. mittebant dominum alter ad alterum. Ariſtides & Themiſtocles vulgo laudabantur, ſoliti quoties lega
ti ſeu Imperatores publicitus mitterẽtur priuatam ſimultatem et omnes inimicitiarum rationes in finibus
Ps. 72. agri. Athenienſis deponere, reſumpturi, ſi ita videretur in reditu: & hęc eſt amicitia quam propheta pa- F
cem peccatorum vocat, amant, n. tanqꝫ oſuri iuxta prouerbium cum oppoſitũ faciẽdum ſit, videlicet odi
Puerbiũ. tanqꝫ amaturus. M. Tullius in ſermone de amicitia ſcribit: ſcipioni vſqꝫ adeo nõ placuiſſe dictum hoc Bi
Tullius. antis nomine celebratum ama tanqꝫ oſurus, vt negaret vllam vocem inimiciorẽ amicitię reperiri poſſe
qꝫ eius qui dixiſſet, Ita amare oportere, vt ſi aliquando eſſet oſurus. Quonam, n. modo quiſqꝫ amicus eſ-
ſe poterit, cuius ſeputabit inimicum eſſe poſſe? Quid etiam neceſſe erit cupere, vt quã ſępiſſimę peccet ami
cus, quo plures det ſibi tanqꝫ anſas adreprehendendum. Tu aũt illud poti⁹ proſpice, vt nequaqꝫ incipias
amare eum quem aliquãdo odiſſe poſſis, ſicut faciebãt Ariſtides & Themiſtocles. Irridebat quidam ſapi
Hiſtoria. ens Romanos ſenatores, ꝙ ſtatuto cauiſſet, vt arma deponerent pro foribus ſenatus, cum alioqui corda ſe
rerent plena dolo & furore. Faciebant igitur & iſti in armis, quod Ariſtides & Themiſtocles in animis.
Luce. 23. Pilatus autem conuocatis principibus ſacerdotum & magiſtratibus & plebe, dixit
ad illos obtuliſtis mihi hunc hominem, quaſi auertentem populum, & ecce ego corã
vobis interrogas: nullam cauſam inuenio in eo, ex his in quibus eum accuſatis, ſed G
nec Herodes, nam remiſi vos ad illum. & ecce nihil dignum morte actum eſt ei. Emẽ
datum ergo illum dimittam. Pilatus vbi vidit remitti ad ſe dominum vinctum, donatum veſte al
ba (teſtimoniũ innocentię ſuę) nec ſucceſſiſſe id quod conabatur, (nolebat. n. ferre ſententiã in chriſtum
dñm) ex iudice Romano, aduocatus factus eſt ac patron⁹ domini, quem certo nouerat propter inuidiam
traditum ſibi, acerſitis igitur principibus ſacerdotum qui capita erant huius cõiurationis, & cęteris quo
rum referebat ad eſſe. Obtuliſtis inquit mihi hunc hominem (quod non ſine ſtomacho dixiſſe videtur)
quaſi ſeditionis autorem, & auertentẽ populum a Ceſaris obediẽtia, & ecce vobis preſentibus cũ demul
tis eum interrogauerim, neqꝫ vel vmbram inuenio in eo criminis, de quo eum accuſatis ſed nec Herodes,
qui tanqꝫ peritus legis veſtre poterat de hoc certius ferre ſententiam, qua de cauſa remiſi vos ad illum, &
Iudi. 16. ecce nihil dignum morte actum eſt ei, niſi ꝙ ſatellites luſum eum fecerũt populi, ſicut olim paleſtini in ſã
ſone. Quem igitur Herodes abſoluit, Pilatus defendit hunc eundem ſacerdotum impietas reum mortis H
pronunciat, vidiſti malum inſanabile! Emendatum inquit, illum dimittam. Quid eſt emendatum? vnde
ergo vox tua illa. Quod. n. mali fecit homo iſte? ſed dandũ eſt aliquid perfidię iudaicę, & nos imitabimur
equitatem Herodis, qui innocentem compertens, leui pœna mulctauit, irridendum tradẽs ſatellitibus ſu
Genes. 37. is. Itidem & ego facturus ſum, emendabo, & dimittam, Caro. n. & frater veſter eſt. Meſſias eſt, Rex veſ
Gene. 42. ter eſt. Iam ſemel dixi vobis, nolite mittere manum in puerum, & non audiſtis men ſanguis eius exquiri
tur ex Ioannis. Cap. 18. Introiuit ergo iterum in pretorium Pilatus: & vocauit Ieſum &
dixit ei. Tu es Rex iudęorum? Reſpondit Ieſus, A temetipſo hoc dicis: an alij tibi di
xerunt de me? A temetipſo chriſto exiſtẽte intra pretorium acuſatio facta fuerat foris, vnde merito ra
tio interrogandi iuſta apperebat. Item hoc dixit dominus quia aliter reſpondendum erat Pilato a ſe ipſo I
interroganti, aliter ex acuſatione iniuſta chriſto a Iudęis. Iudei. n. loqꝫbantur de regno Meſſię, Pilatus a
ſe ipſo interrogaret de regno temporali. Et obſerua quomodo chriſtus paucis verbis tertio replicat ſe ha-
bere regnum dicens. Regnum meum non eſt de hoc mundo ſi ex hoc mundo eſſet regnum meũ. Nunc au-
tem regnum meum non eſt hinc. Reſpondit pilatus. Nunquid Iudęus ego ſum? Gens tua
& pontifices tui tradiderunt te mihi. Quid feciſti? poterat dominus ad hanc primam interro
gationem pilati, Tu es Rex iudeorum. Reſpondere Id quod poſtea dixit, Regnum meum non eſt ex hoc
mundo. Sed eum viciſſim dominus interrogans, vtrum hoc a ſemetipſo diceret, an audiſſet ab alijs, &
illo reſpondente. Nunquid ego Iudęus ſum, oſtendere voluit, hoc ſibi apud illum fuiſſe a Iudęis velut
Crimen obiectum, patefaciens nobis cogitationes hominum, quas ipſe nouerat ꝙ vanę ſint. Dicens ita
qꝫ pilatus. Gens tua. &c. abſtulit a ſe ſuſpicionem, qua poterat putari, a ſe metipſo dixiſſe, ꝙ Ieſum Re
gem dixerat iudeorum, Id ſe a Iudęis audiſſe demonſtrans. De inde dicẽdo, quid feciſti? ſatis oſtẽdit. Illud K
ei pro Crimine obiectum, tanqꝫ diceret. Si Regem te negas, quid feciſti, vt tradereris mihi? Quaſi mirum
non eſſet, ſi puniendus iudici traderetur, qui ſe diceret Regẽ. Quid feciſti? Commouiſti Gentem tuam vt
Hiere. 2. ſequeretur deos nouos & recentes; Auertiſti gentem tuam a lege Moſaica? Aut num Regnum iudeorum
Deut. 16. inuadere tentaſti? A temetipſo hoc dicis? ſi ex te hoc inquit commentaris, pande ſigna rebellionis meę. ſin
ab alijs ſuaſus, fac inquiſitionem ordinariam iuſte quod iuſtum eſt exequere. Nunquid Iudęus ego ſum
inquit ille? Imo prorſus ad iudaicas traditiones tanqꝫ aſinus ad liram, ſed gens tua domeſtici hoſtes tradi-
derunt te mihi, modis omnibus ſatagentes, vt tollaris e medio, ſed quoniam non eſt Romani moris Indem
natum occidere: ſi falſum eſt ꝙ affectaueris Regnum, quid commiſiſti, vt manibus meis tradereris? Reſ-
Mar. pri- pondit Ieſus. Regnum meum non eſt de hoc mundo, ſi ex hoc mundo eſſet regnum
diſ. 8. q tur meum, miniſtri mei vtiqꝫ decertarent, vt nõ traderer Iudęis. Nunc autẽ regnum meũ
non eſt

EL COLEGIO de JALISCO

non eſt hinc. Quoniam ergo vt patet expremiſſis pilatus magis patronum agebat xp̄i apud iudeos quam iudicem cū eum liberare vellet de manibus eorum (alter Ruben) & tradere matri ſue, ideoq; verita tem audire & ſcire volebat, idcirco illi dominus quaſi per ſimilitudinē quandam reſpondit ad queſitum. v; vtrū nam Rex eſſet iudeorum. Docēs aliud regni genus eſſe lōge preſtātius ab iſto viſibili/in quo vt in pluribus Tyranice regnatur de quo oramus. adueniat regnum tuum et rurſus, regnum eius non corrū petur, & poteſtas eius poteſtas eterna. Dani. 7. Nam regnum ſeculi huius non diu ſtat, id q; euidenter oſtendis ſtatua illa cuius caput aureū erat &c. Regnum igitur meum (Nam vere Rex ſum) cum non ſit Dauid.2.
de hoc mundo, nihil ledere poſſum (omnia tamē poſſum que velim) ceſaream maieſtatē. Nam ſi ex hoc mundo eſſet regnum meum, non hec in me auderēt qui me tradiderūt tibi: haberē. n. et ego more aliorū regum, 12. legiones angelorum, qui pro me decertarēt. Nunc cum mutato habitu ingreſſus ſim locū cer-
A taminis, paciencia pugnādum ē: nō acie inſtructa. Auguſtinus. Nolite ergo reges terre metuere metu va 3.Re.viii.
niſſimo, quo herodes ille maior timuit xp̄o nato, & tot infantes vt ad eum mors perueniret, occidit: timē do magis q; iraſcendo crudelior, regnum. n. xp̄i non eſt de hoc mundo. Tamen reges iſti diuitijs famoſi ar Auguſtin
mis & potentia, ſi extolluntur ex aureo capite, meminerint pedes ſe habere ex parte luteos, & deponāt ro tam vanitatis ſue, quia & ipſi velint nolint vocandi ſunt ad calculos: & vtinā non audiant in concluſio ne, mane. Thetel, phares vanitas vanitatū, dixit Salomō Rex. Eccſiaſtes primo. de quo vide iudi. capi. 1.

Dixit ita q; pilatus. Ergo rex es tu? Reſpōdit ieſus. Tu dicis q; Rex ſum ego. Ego in hoc natus ſum, & ad hoc veni in mundum: vt teſtimonium perhibeam veritati omnis qui eſt ex veritate: audit vocem meam. Dixit ei pilatus, quid eſt veritas?

pilatus cū ſermonem audieret de Regno quod non eſt in hoc mundo: idq; non plane inteligeret) quid. n. ceco cū ſpe puerbi.
culo?) audiret deniq; chriſtum dominū non omnino deprecari Regium nomen, Sed regni genus diſtingue re, ſubiūxit. Ergo ne verum eſt/te regem eſſe alicubi: ſiue in terra ſiue in celo, ſiue etiam apud Antipodas neſcio quos? ibi dominus quoniam ſerio videbatur rogari a iudice de qualitate regni ſui, cum modeſtia reſ
B pondit id quod verum eſt. Tu inquies dicis q; Rex ſum ego. Non eſt autem veritatis negare ſe ipſam pre ij.4.5. q.
fertim Cum in hoc natus ſum & ad hoc venerim in mundum vt teſtimonium perhibeam veritati. Sed 2.the.3.
quia non omium eſt fides, ad iunxit omnis qui eſt ex veritate audit vocem meam hoc eſt credit mihi docē ti, & monenti, & promittenti bona que oculus non vidit. 1. Cor. 2. Quid eſt autem eſſe ex veritate? Eſſe chriſtianum ex dono gratie chriſti: Ille eſt ex veritate qui donante chriſto credit in chriſtum. Tanta eſt au tem excellentia veritatis, vt ad hanc tuendam natus dicatur dominus chriſtus, & pro ea certauerit vſq; ad mortem, mortem autem crucis. Et neſcio ſiquidem natus dici poteſt in laudem eius q; hoc, ego in hoc natus ſum & veni in mundum, vt teſtimonium perhibeam veritati. Ego autem ſum via veritas & vita. Ioann.14.
Ad hec Pilatus Quid eſt veritas? pape quid audio? Iudex qui iubetur quod iuſtum eſt exequi (Deu. 16) ve Exo.28.
ritatē & doctrinā portare ſemper in pectore, iudex cui lex dicit, Non ſequeris turbam ad faciendum malū Iudex.
nec in iudicio plurimorum acquieſces ſentencie, vt a vero deuies (Exo. 23) iudex cui dicitur. Non accipies
C perſonam nec munera: quia munera Excecant oculos ſapientium, & mutant verba iuſtorū. (Deuter. 16.) hic inquit. Quid eſt veritas? ſi iudex veritatem ignorat, vbi nam locorum inueniemus veritatem? Nam in domo principis ſacerdotum negatur veritas etiam ab apoſtolorum pricipe, velatur de palmatur, & ad Eſai.24.
iudicatur morti. Secretum meum mihi.

Caput. ix. Ego nullam cauſam inuenio datur eis electio vtrum velint abſolui Ieſum an Barrabban. Illi firmant ſibi ſermonem nequam: petentes ad crucem Chriſtum, & vt ſoluatur homicida & latro ſeditioſus. Flagellatur chriſtus, illuditur: acepit coronam & arundinem: velatur
D & de palmatur a dicentibus, prophetiza nobis. Ecce homo. Crucifige eum: ſecundum legem debet mori: quia. &c. Non haberes in me poteſtatem.

ET cū hec dixiſſet ad iudeos iterum exiuit, & dixit eis. Ego nullam cauſam inuenio in eo. Ego nullam. Quam vis euangeliſta concluſionem tantū narret verborū Pilati ad Iudeos, hāc videlicet. Ego nullā, ratio tn̄ ſuadet, quod pilatus retulerit iudeis reſpōſū xp̄i v; Regnū meū. &c. Et q; nō haberet miniſtros decertātes pro eo. Quo audito primores Iudeorū dixerunt q; callide chriſtus inuer tebat materiam regni, Cum non poſſet infitiari vſurpatum nomen regium, Et hūc iudei intulerūt quod Lucas dicit, ſubuertit Gētem noſtram. &c. Eſt autem
E cōſuetudo vobis, vt vnum dimittam vobis i paſcha vultis ergo vt dimittā vobis Regē iudeorum? Auguſtinus. Dicēs pilatus quid eſt veritas?

non expectauit audire reſponſum. Credo. n. cum dixiſſet, quid eſt veritas in mentem illi veniſſe cōtinuo conſuetudinem iudeorum qua ſolebat eis dimitti vnus exvinctis in paſcha, & ideo non expectauit vt reſ ponderet ei dominus quid eſſet veritas, nemora fieret, cum recoluiſſet morem quo poſſet eis per paſcha di Auguſtinus
mitti: quod eum valde voluiſſe palam eſt. Vnde dicit. Eſt autem conſuetudo vobis opinatur autem quidam id donatum iudeis quando primum tributarij facti ſunt Romanis. Quo iugum ſeruitutis leuius fe rent. Theophyl. Tale. n. fedus cum iudeis inierant, vt liberū permitterent eis Romani Ceſares: iuxta le Theophyl
gitima & cōſueta ſua viuere. Et mos patrius erat Iudeis a principe iudicatos petere de quo vide primi

EEE Regum

Fondo Reservado de EL COLEGIO de JALISCO

Regum.Cap.14.petebant igitur vnum ex cuſtodijs iudæis quem vellent,idq; in feſto paſchæ, quo & illi
libertate donati ſunt.Exo.12, vide Nicolaum.Luc.Cap.23.Vultis ergo vt dimittam vobis Regem Iu-
deorum:diſt.8.q contra cum ſequentibus .O rerum vices in diuerſum verſas, Cęteris annis illi petebant
vnum abſolui ex vinctis nunc autem ipſe Gentilis & ex lex homo preuenit eos dicens vultis vt vobis dĩ
mittam eum qui dicitur Rex iudeorum:ex quibus verbis liquet:q̄ auelli non poterat a corde pilati chri
ſtum dominum Regem eſſe iudęorum,tanq̄ hoc ſibi ſicut in titulo crucis exarando ipſa veritas fixerit,
Ioann.18. vt toties eum Regem iudeorum vocitaret.Clamauerũt omnes rurſus dicentes.Non hũc:ſed
Barrabam.Erat autem Barrabas Latro./Lucas.Qui erat propter ſeditionem quandã
factam in ciuitate & homicidium miſſus in Carcerem.A deo.n. poſuerant cor ſuum velut F
adamantem iuxta Zach.Cap.7.vt ſi diceret pilatus,quem vultis e duobus vobis dimitti/Pharaonem an
Ieſum.Antiochum an Ieſum,ſatanam an Ieſum,nunq̄ Ieſum eligerent,quia firmauerat ſibi hunc ſermo-
Auguſti. nem nequam,vt chriſtus omnino crucifigeretur, Auguſtinus.Non reprehẽdimus o Iudęi q̄ per paſchali
beratis nocentem:ſed q̄ occidiſtis innocentem,vt vita donaretis latronem/homicidam oſorem pacis.Vbi
inuerſa videmus verba illa prouerbi. Cap.11. Iuſtus de anguſtia liberatus eſt,& tradetur impius pro eo,
Veruntamen lętabitur iuſtus.Quando manus ſuas lauerit in ſanguine peccatoris. Tu autem chriſtiane
Ps.57. lector perpende tecum & obſerua,q̄ moleſte chriſtus has voces tulerit ſceleratiſſimas,quando ſe infamẽ
Phocion. homicidę ęquari audiuit a iudice de inde & præferri ſibi latronem famoſum.Cum populum photion ali
quando paulo liberius in contione reprehenderet. Demoſthenes ait. Trucidabit te plebs phocion, ſi pau-
lulum inſanierit. Cui phocion. Quin te potius,ſi paulum reſpuerit.Ic eurra ſi populo per ſacerdotes reſi
piſcere licuiſſet/nõ chriſtum poſt.. laſſent ad crucem/quem cum ramis exceperant tanq̄ Regem , ſed Bar- G
rabam homicidam tamen ſimiles habent labra lactucas & anima eorum erit pro anima eius.3.Regum.
Ca.20.Iterum ergo pilatus locutus eſt ad illos,volens dimittere Ieſum,at illi ſuccla-
mabant dicentes,Crucifige crucifige eum Ille autem tertio dixit ad illos . Quid.n.
mali fecit iſte:Nullam cauſam mortis inuenio in eo corripiam ergo eũ & dimittam.
Luc.Cap.23.vere iuxta prouerbium/pilatus mortuis & ſurdis aſpidibus verba faciebat, qui firmauerant
ſibi hunc ſermonem malignum.ps.63.Omnium enim rerum viciſſitudo eſt , Omnium rerum viciſſitudo
eſt:vide prouerbium.Olim dicebant in ſani iſti,nunq̄ ſic apparuit in iſrael,Matth.9.O rex iſrael , bene-
dictus qui venit in nomine domini.Et illud Luc.7.propheta magnus ſurrexit inter nos,vere viſitauit de-
us plebem ſuam.Nunc autẽ crucifige crucifige eũ.Quanta egit pilatus vt refrenarentur:Quę dixit.Quid
egit:ſed illi non hunc ſed Barrabam.Crucifige Crucifige. Repetitio hęc confirmatio eſt ſermonis malig- H
ni.Dicens autem pilatus,Quid.n.mali fecit Ieſum abſoluit ab omni impoſitione calumnię . Dicens autẽ
nullam cauſam mortis inuenio in eo,& nihil amplius interrogãs q̄ tu es Rex Iudeorum,impietatis arguũ
tur Iudęi,q̄ ne falſo quidem inuenire potuerint,quod obijcerent ſaluatori,& tamen iudex vt aliquo mo-
do ſatiaret furorem populi ſuclamantis,ac petentis vitam ad mortem,Corripiam inquit illum Vide.A.
gel.lib.6.cap.14.puniendorũ peccatorum tres eſſe debere cauſas.&c.Sed oro te pilate cum bona venia,
qua ſuffultus legis autoritate, Innocentem hominem corripis:tuo te gladio iugulo, Quid mali fecit ho-
mo iſte: Tu nullam cauſam mortis inuenis in eo. Mortis cauſã omnino nõ inuenio,ita eſt.Ego corripere
volo non crucifigere,vt ſiquid alias peccauit(abſit)luat in poenis:ſin innocens eſt , vel ſic placetur effre-
nis rabies iſtorum,qui nunq̄ finem facient dicendi.Crucifige crucifige eum,niſi aliquid dederimus obſti-
natę malicię eorum.ſequitur ex Ioann.Cap.19.Tunc ergo apprehendit pilatus Ieſum,& fla-
gellauit:& milites plectentes coronam de ſpinis impoſuerunt capiti eius et purpura I
circundederunt eum & veniebant ad eum & dicebant.Aue rex iudeorum,& dabãt
ei alapas.hęc ſunt extrema gaudij quę luctus occupat iuxta ſalomonem . Prouer. 14. Nam quia ante
dies ſex exceptus fuerat cum canticis & ramis & populi frequentia,Nunc regalia accipit ornamenta,vir
gas non ligatas ſed ſolutas.purpuram,coronam , & arundinem,denique genu flectunt dicentes. Aue rex iu
deorum.Et quia iuxta Hieronymũ/mos erat Romanis triumphum ducenti vnum aliquem in curru tri-
umphi ſedere retro, & per ſingulas acclamationes dicere,hominem te eſſe memento & interim percute-
re eum leuiter in maxilla,hi qui adorabãt,hunc verum Regem,illudentes,dabant ei alapas, Hęc omnia
pilatus iuxta Auguſtinum non ob aliud feciſſe credendus eſt, niſi vt eius iniurijs ſatiati Iudęi(Cuius eius
Auguſti. pater Auguſtine,cuius eius) ſufficere ſibi exiſtimarẽt,& vſq; ad eius mortem ſęuire deſiſterent, ſed faci- K
lius liquefieret ferrum in niue poſitum, q̄ viſcera illorum adamantina.Ad hoc autem pertinet, q̄ idem
pręſes cohortem ſuam etiam permiſit facere quę prędicta ſunt,aut fortaſſis & iuſſit . Sic illud granũ mul
tiplicandum ſeminabatur horribili contumelia,vt mirabili pullularet in gloria. Sic martyres informabã
tur ad omnia quę perſequutores libuiſſet facere perferẽda.ſic pauli per occultata tremenda potentia, cõ
Hieroni. mẽdabatur imitãda patiẽtia. Traditur igitur Ieſus flagellãdus, & illud ſacratiſſimũ corpus & pectus dei
Ps.98. capax flagella ſecuerũt.Quis rogo te amice lector agnũ dei ſuo nudare auſus ẽ vellere, quis colũne colli
gare,Quis cędere & lacerare, vt a calce verticẽ vſq; nõ eſſet in corpore locus ſine volnere:ſic ſic quę nõ
rapuit cum vſura exoluebat intrauerũt.n,aquę vſq; ad animam ſuam,Quod aũt flagellatur id iuxta mo
rem Romanum actum eſt,quo Cruci ad iudicandi prius flagellis ceduntur,Vel ſi qui ſecuri ſunt feriendi.
Eſai.6. Conſtitutis igitur carnificibus duobus:vno hinc & altero inde(duo autem ſeraphin clamabant ſanctus
Eſai.50. ſanctus ſanctus dominus deus ſabaoth)ante eum cui flectitur omne genu dorſum parare iubẽt.Sicut ſcrip
tum eſt corpus meum dedi percucientibus & genas meas ad alapas. Nudatum ergo cęperunt flagellis cę-
dere replicãtes & congeminãtes ictũ ſup ictũ vulnus ſuper liuorẽ,idq; adeo feſtine vt breui tẽporis ſpacio

Speciosa

EL COLEGIO de JALISCO

ſpecioſo forma prę filijs hominū nō eſſet ſpecies neq; decor,ſed leproſum putares, qui actatu ſuo omnē ps.44.
lepram fugarat. Forte inter hanc lamentabilem tragediam agnus dei oculos ſuos conuertebat ad carni-
fices,vt mitius moderarētur ictus & flagella,ſed ſatanę miniſtri itati potius velut elephanti ex aſpectu
ſanguinis,acrius inſtabant:ita vt totus ſuo perfunderetur ſanguine ſicut ipſe di Orat. Baptiſmo ſum dilu
endus. Luc.12. Et rurſus,non comedetis aliquid ex eo coctum aqua,ſed aſſum tantum. Exo.12. Et milites
plectentes coronam de ſpinis impoſuerūt capiti eius. Id autem iuxa miſterium declarabat fore,vt xp̄ia- Corona.
nam ſibi plebē de nocentibus dominus congregaret:vt ſpinę fierent corona capitis chriſti,quas terra ma
ledicta produxit. Quę q̄ primum tincte ſūt ſanguine chriſti & quaſi inſerte in bonam oliuam. Ex ſpinis Rom.11.
A lilia facta ſunt,ideſt ex infidelibus eccleſia chriſti,quę eſt ſicut lilium inter ſpinas. Cāti.2. ſunt autem lilia
hęc cōtactu mollia odore ſuauiſſima,aſpectu pulcherrima,vnguentis apta. Hac igitur corona contexta Eſai.5.
ex ſpinis que germinauit vinea domini ſabaoth donatur dominus a matre ſua ſynagoga,quę donata fue Canti.3.
rat a chriſto ſponſo Regno vnico ex Gentibus vndecim conflato,de quibus habes. Gene,Cap.15. in fine
Nos autem tunc coronam accipimus cum chriſto:ſi memoria mortis ſuę amaricet ventrem animę noſtrę
& iuxta Origenem,de purpura ſcriptum eſt,q̄ denuo expoliauerūt dominum chriſtum,de corona autē Origenes.
ſpinea nihil tale dicunt Euāgeliſtę,propterea quod & nos quęrere voluerūt exitum rei de corona ſpinea
ſemel impoſita & nunq̄ detracta. Arbitror. n. q̄ ſpinea illa corona conſumpta eſt a capite Ieſu,vt iam
non ſint ſpine noſtre antiquę,poſt q̄ ſemel eas a nobis abſtulit Ieſ⁹ ſuper venerabile caput ſuum. Leo im Leo.
perator ad impietatem ſuam etiam ſacrilegium addens:coronam a Mauricio principe deo dicatam ne fa-
rio capiti ſuo impoſuit,captus gēmarum & auri ſplendore qui tamen breui pœnas luit inſanię ſuę. Caput
n. impium carbunculi apoſtemate ſtatim intumuit,tandem ardētiſſima febri ſubſequuta impium ſpiritū
nefari⁹ exhalauit. Legimus de Iul. Cęſare,q̄ ex omnibus decretis ſibi a ſenatu populo q; honoribus,nō
B aliud aut recepit aut vſurpauit libentius,q̄ ius laureę coronę perpetuo geſtandę. Sicut autem dicit Plu- Laurea.
tar. in agonibus non minus corona donantur,qui aduerſarium non inueniūt, q̄ qui certādo victores euā
ſerint. Sed intereſt ordinis. In agone nemo coronatur, ante q̄ legitime pugnet,ſi adſit quo cum manus
conſerat. Dominus Ieſus autem conſumatum duellum (dicturus eſt. n. conſummatum ē) corona donatur
propter certitudinem victorie de morte. Et purpura circundederunt eum,purpura autem indumentum ē Plinius
triumphantium,ſicut alias dictum eſt, Vide Plinium lib.22. cap.2. Tingitur inquit coccus granis,impe Ioan.19.
ratorum dicatus paluda mentis. Quęrit & homo in profundis murices,in tacta etiam anchoris ſcrutatur
vada,vt inueniat per quod facilius matrona adultero placeat,corruptor inſidietur nuptę. Ad dominū igi
tur chriſtum ſic flagellis cęſum,Corona donatum & purpura veniebant Pilati milites:an forte eos iudęi
in hoc nefarium miniſterium conduxerant: & genu flexo ante eum,dicebant. Aue Rex iudeorum,& da-
C bānt ei alapas:ex ludibrio innocentis crudeliſſimā capientes voluptatem Magnū malum. Exijt ergo
iterum pilatus foras,& dixit eis. Ecce adduco eū vobis foras:vt cognoſcatis q̄ in eo
nullam cauſam inuenio. Exijt ergo Ieſus portans ſpineam Coronam & purpureū
indumentum:& dixit eis. Ecce homo,prodijt ergo prςies ad canes illos lymphantes ſtantes p
foribus,qui nullum nou mouerant lapidem vt dominum chriſtum abſolueret,tentaturus an poſſet multi
tudinis rabiem ad manſuetudinem deducere. Ecce inquit adduco vobis hominem foras, vt eius miſerādo Luce.16.
ſpectaculo facietis oculos,& intelligatis ad quem eū modum tractauerim in veſtram gratiam,alias d̄ vo
bis omnibus bene meritum. Prodijt ergo Rex pacificus cuius vultum multi Reges iuſti & prophetę deſi Ecce hō.
derarunt/vinctus,cęſus,ſpecie non hominis ſed leproſi prę ſe ferens,& tamen Coronam Regni habens
in capite,& purpureum indumentum,prodijt ante precedente prςcone, qui funem trahebat quo per co-
D llum columnæ colligatus fuerat,flagellandus,Cingentibus vtrumq; latus non Moſe & helia,quibus cū
viſus eſt in gloria, Luc.9. ſed carnificibus duobus,qui ab vtraq; parte purpuram qua ſuper nudo indueba
tur eleuantes,quomodo non eſſet in corpore ſuo ſine vulnere locus,populo oſtenderunt,dicente Pilato.
Ecce homo. Nec dubito quin viderit illū immaculata mater ſua. Cuius anima vere tranſfixa fuit gladio
doloris. Quis autem huius ſpectatulo non commoueretur ad clementiam,etiam ſi ferreus eſſet; ſed tigres
iſti filij erant eorum de quibus ſcriptum eſt. Merito hec patimur,quia peccauimus in fratrem noſtrum. Vi Genes.42.
dentes anguſtias animę eius dum deprecaretur nos,& non audiuimus idcirco venit ſuper nos iſta tribula puerbiū.
tio,de qua habes. Luc.19. Adduco eū vobis foras,vt cognoſcatis/q̄ iuxta prouerbium a puropura deflu Hiſtoria.
it aqua,& ſi quatter & quadragies in ius vocetur ſemper iudicum ſentētijs abſoluetur, Sicut Cato, Quę
retur peccatum illius & non inuenietur. At pilatus non veſtem diſciſſam populo ſicut filij Iacob tunicam Gene.37.
miſerunt patri tinctam ſanguine hædi ſed eum oſtendit qui tam bene de ipſis meritus fuerat ,oſtendit au-
E tem eum qualem digito oſ̄dit Eſaias dicens. Vidimus eum a longe licet:vere autē non habebat ſpeciē ne-
q; decorem. Ecce inquit homo,ipſe eſt caper in quo poſuit dominus peccata omnium noſtrum. Leui.16.
Eſaia,Cap.53. Ecce hō dixit hoc pilatus: vt exhibitus Ieſus cum tāta confuſione,exeſtimaretur nunq̄ am
plius cōuerſaturus inter homines ac per hoc ceſſarent a petēdo illo ad mortē,ſed nūquid ad miam flexi ſūt
ſuper contritione Ioſeph? Amos.6. vide quid ſequitur. cū ergo vidiſſent eū pōtifices et miniſtrī
Elephanti viſo ſanguine vuę more. clamabāt dicentes. Crucifige:crucifige eum. More. n. ba-
ſiliſcorum terribilibus eum occulis intuentes,& colligentes in eum furorem ſuum,& frementes in eū dē-
tibus ſuis,vt plenius faciarētur pęnis eius. Iob.16. hactenus inquiunt res pro voto ſucceſſit,quod ſuper ē
Crucifige eum,& videbimus quid illi proſint ſomnia ſua vana & mera ſomnia & quę nihil cōtinēt veri- Auguſti.
tatis, Ad hec Augu. Hinc apparet non ignorante pilato,hec a militibus facta ſiue iuſſerit ſiue pmiſerit vt Gene.37.
hęc eius ludibria inimici libentiſſime biberent,& vlterius ſanguinem non ſitirent. Ecce inquit hominem



Fondo Reservado de EL COLEGIO DE JALISCO

non clarum implo,ſed plenum obprobrio. Illi autem quo ſanctius & religioſius manducarēt paſcha ſuum
Tolle inquit eum,quia grauis eſt nobis ad videndum,& crucifige. Dicit eis pilatus. Accipite euꝫ
& crucifigite,ego.n.nō inuenio in eo cauſam. Theophil. Et tñ ſciebat eos nō habere poteſta
tem crucifigendi. Qui autem habebat videlicet ipſe pilatus non inueniebat cauſam, Quod.n.non eſt nec
poteſt eſſe quādo ineniet? itaꝗ pilatus vidēs nullā eſſe reliquā ſpē,vt principes populi ex tot cōtumelijs
illatis dño xpo, ad mias adducerētur(quid.n.illis cū clemētia, q̄ viſcera induerāt ferrea?)niſi omnino to
lleretur de medio,alia via metu videlicet tentat furorem illorum delinire. Ego inquit iuſticię miniſter ſū
nō veſtri odij executor & flagellum, Iam ſemel atꝗ iterum dixi nullam me cauſam mortis in homine iſ
to inuenire, vos ſi aliud perſuaſum habetis, accipite eum,& crucifigite. Non.n.fert ius ęquumꝗ gratiā F
Exo,23. cuiuſꝗ legibus ante ferre,reclamante lege veſtra,non ſequeris turbam ad faciendum malum,nec in iudi-
cio plurimorum acquieſces ſententie,vt a vero devies. Hęc lex veſtra vobis aſpidibus ſurdis loquitur Neſ-
cio plurimorum ... Illi autem firmantes ſibi
tamē exiſtimes pilatum ſerio fuiſſe loquutum alias ipſi libentiſſime acceptaſſent. Illi autem firmantes ſibi
ſermonem malignum Reſponderunt. Nos legem habemus &,ſecundum legē noſtram
debet mori,quia filium dei ſe fecit. ſuperius aliud domino crimen obiecerant videlicet Maieſta-
tis leſęꝗ regem ſe fecerit,ſed quia eorum cauſa claudicare videbatur,nullum.n.huius criminis patrati teſ
tem exhibere potuerunt quia non ſufficet reo obijcere delictum,niſi & id legitimis probetur teſtibus: aut
id libere confiteatur reus. Crimen aliud priore grauius commēti ſunt. Si inquiunt qui ſe Regem facit, in
ſacram.R.C.C.M.iniurius eſt,& reus eſt mortis, quanto magis qui maieſtatē diuinam blaſphemauit,
ſibi attribuens,quod ſoli vni immortali & inuiſibili deo competit vltimo ſupplicio plectendus eſt:Verū
verum dominus Ieſus fecerit ſe filiū dei,au fuerit deus dei filius natura,non gratia,non adoptione,ſicut& G
Phili,2. paulus dicit non arbitratus eſt rapinam vocari dei filius,cum eſſet in forma dei, ex ſuperioribus ſatis li-
quet. Cęterum iti dicentes/iuxta legem debet mori,qui filiū dei ſe fecit? vere ita lex ſtatuit deuter. Cap.13
Dicunt igitur. Quanꝗ homo iſte(demus.n.hoc tuę prudentię;qui partes huius videris fouere) nihil pia-
culi perpetrauerit aduerſus leges Romanas,tamen vel hoc vno nomine debet mori, ꝙ filium dei ſe fecit,
quod lege noſtra cautum eſt, & hanc a deo nobis traditam legem Ceſar quando primū ei terram & a-
quam obtulimus aut herbam iuxta prouerbium/non abrogauit,qui proprijs nos vti legibus permiſit. Cū
ergo audiſſet pilatus hunc ſermonem:magis timuit. Et ingreſſus iterum pretorium,
dixit ad Ieſum. Vnde es tu? Ieſus autem reſponſum non dedit ei. Timuit ergo pilatus &
merito timuit,ne qui vt placeret iudęis/hominem innocentem licet flagellis cędi iuſſiſſet, nō hominem/
ſed dei filium in turijs tot affecerit, Nam fabulis multis poetarum proditum erat apud Romanos, & vul H
go perſuaſum Gentiliū quosdam ex deo & homine ſatos.ſicut Eneas,Romulus, Theſeus,Caſtores.&c
Timuit igitur,ne forte filium vnius ex dijs Cęleſtibus terrenis vel marinis durius atrociusꝗ ꝗ decuit tra
ctaſſet, nā dei filium per eſſentiam nec ſomniauit, Ingreſſus igitur pretorium iterum interrogat eum, vn-
de es tu? interrogat autem dominum hoc,vt poſſit habere vnde refellat crimen obiectum illi, Cognita vi
delicet eius Origine. Nam diceret ad iudeos. Quomodo veriſimile eſt ꝙ fecerit ſe filium dei/ homo cuius
parentes non ignoti ſunt vobis,& tribus & familia & ciuitas,fratres & ſorores? hoc certe mihi non pro-
batur dominus autem ſciens pilatum hęc omnia tentare,vt eum vita donaret.qui moriturus venerat pro
Ioann.11. gente ſua,& vt filios dei cōgregaret in vnum reſponſum non dedit ei Sufficere.n.debuit pilato ſi iuſticię
tenax eſſet,& cultor,ſcire ꝙ propter inuidiam traditus ſibi eſſet dominus. Sed quia deum non timebat ho
mines timuit. Dicit ei pilat9. Mihi non loqueris? Neſcis ꝙ poteſtatem habeo crucifige
re te poteſtatem habeo dimittere te? Reſpōdit ieſus, Non haberes in me poteſtatem I
vllam,niſi tibi eſſet datum deſuper propterea qui me tradidit tibi: maius peccatum
habet. Pilatus admirans ſilentium domini ieſu prepoſterum(vt ſibi videbatur)& maxime hominis cōſ
tituti in tanto diſcrimine. Cum & iudicem ipſum patronum haberet in ſua cauſa,vt eum ad reſponden-
dum prouocaret, Cur inquit tuam negligis vitam. Quam omne animal tueri cupit,& vt cernis de capite
Rom.13. tuo agantur comitia? vere autem ſicut dicit paulus & hoc loco aſtipulatur dominus omnis poteſtas a deo
eſt,& qui poteſtatem contemnit deum videtur dare peſſū. Sed num pilatus ad hoc acceperat poteſtatem
a deo patre,vt iuſtum Ieſum chriſtum cruci ad iudicaret hęc.n.poteſtas ſęuiendi in innocentes a deo qui-
Apoc.vl. dem eſt permittēte,ſed malo eius cui permittitur, vt qui in ſordibus eſt ſordeſcat ad huc donec impleat me
ſuram ſcelerum ſuorum. Matth.23. vnde dominus non haberes inquit poteſtatem ſeuiendi in me,niſi da-
tum tibi fuiſſet. Auguſt. Veſica erat pilatus,potentia inflabatur aduerſus eum,a quo ipſe iudicandus erat K
Eſai.29. quaſi lutum inſletur contra figulum, Inflatā igitur dominus pungens ait. Quid tumet cōtra deum ſpiritus
Iob.15. tuus poteſtatem ſi habes,a deo accepiſti,accepiſti autem vt reos crucifigeres abſolueres innocentes,cuius
Auguſti. contrarium pilatus fecit in chriſto & in Barraba: ſed ex illorum numero erat,qui nec deum timebant, ne
Luc.16. verebantur homines,ſed poteſtatem inquit habeo abutendi legibus. Si inquit deus es, te non timeo neꝗ
enim iniuſtus ſum,ſin bonus es,& iudex es me certe melior non es. Archidamus Ageſilai cum a Philipo.
Archida. poſt pugnam Cheronēſem aſperiorem accepiſſet epiſtolam: reſcripſit. Si vmbram tuam metitus fueris, ne
quaꝗ inuenies ipſam maiorem factam eſſe, ꝗ erat antequam viciſſes. Quid eſt ergo hoc quod dicit pila-
tus poteſtatem habeo? Gladium non ſine cauſa iudex portat. Rom.13. ſed rogo quibus vſibus? Nempe nō
raro ſoluitur Iſaac, & occiditur aries. Quia non raro gladius furioſo traditur cuius vox eſt poteſtatem ha
beo, Crucifigere te. ſed non haberes in me poteſtatem, niſi de celo acciperes. & propterea qui tradidit me
tibi maius peccatum habet. Licet iudei videātur ſententia iudicis chriſtum occidiſſe,ipſi tamen faciunt
vniuerſa,ipſi apud ſe damnauerunt & apud pilatum dicētes,ſanguis eius ſuper nos ipſi contumeliatur in
ſultant

JALISCO

fultant vinciunt, vinctum tradunt pilato ipſi militibus cauſam prębent ita crudeliter in eum inſurgere ipſi verbis verberibus/ſputis cędunt, nihil horum certe a pilato factū eſt, ſed omnia illi accuſatores effecerunt, iudices/lictores / miniſtri capitalium rerum. Et quod in latronibus geſtum non eſt: veſtimenta eius iſti denudata diuidunt per ſortes, ſed & ipſum medium ponunt inter latrones & patet quare. Vere ergo qui tradidit me tibi maius peccatum habet. Chriſoſtomus. Sequitur. Et qui audierāt, cū exaltaueritis filium hominis tunc cognoſcetis, ꝙ ego ſum: ꝙ bene cognouerint narrent qui vident, perijt eorum. Regnū ſacerdotium & templum, & euangelium perdicatur toto orbe. &c. Aguſtinus. Quia plus peccat, qui iudici innocentem iudici tradit: ꝙ iudex ipſe ſi in eum timore alterius maioris poteſtatis occidit. Sic autē August. Idem. l.
A dicit idem Aguſtinus nullum peccatum committi poteſt, niſi dum apetuntur ea quę chriſtus contempſit, aut fugiuntur que ille ſuſtinuit. Vnde tota vita eius in terris per hominem quem ſuſcipere dignatus eſt diſciplina morum fuit. Verum iuxta quod veritas habet, pilatus dimitendi chriſtum nullam poteſtatem habebat, cum illius poteſtas vel volendo vel nolendo ſeruire cogeretur Iudęorum furori. Vnde dicere potuit & ipſe cum paulo, velle quidem ad iacet mihi, perficere autē non poſſum Rom. 7. Verum pilatus v[illegible] Rom. 7.
non potuit, quia duobus voluit dominis ſeruire Cęſari videlicet, & iuſticię vnde ſequitur.

B Caput. x. Clamant iudei ſi hunc dimittis, non es amicus Ceſaris: omnis qui ſe facit Regem. Sedit pilatus pro tribunali & dicit. Ecce Rex veſter, tolle tolle: Crucifige eū, Regē veſtrum crucifigam? Non habemus Regem niſi Ceſarem: ſciebat Pilatus ꝙ propter inuidiam illum tradidiſſent. De vxore pilati dicente: nil tibi & iuſto illi. Tandem pilatus videns ſe nil proficere lauat manus ſuas coram populo. Et populus ſanguis eius inquiunt ſuper nos, &c.

ET ex inde quęrebat Pilatus dimittere eum. Iudęi autem clamabant dicentes. Si hunc dimittis non es amicus Ceſaris omnis. n. qui ſe facit Regem, contradicit Cęſari Ex inde igitur volebat dimittere eum, ne Innocentem videretur occidere, Et vere alterum protheum egit pilatus ad tempus vt hoc velle ſuum ad effectum perduceret, vnde iuxta. M. A. C. ſabellicum nō deſunt qui dicant pilatum penituiſſe, deo autem nihil eſt impoſibile, itaqꝫ cum iudęi a ſua lege crimina obiecta non proficerent, ad prius crimen redeunt dicentes: omnis qui ſe facit Regem, contradicit Cęſari. Sed tam impudens mendatium quęſo te bone lector, vnde poſſūt probare: ſolus cum. 12. hominibus nō generoſi ſanguinis gra seo. ā. dis 29. Sabellic.
C diebatur, ſine omni armorum ſtrepitu, apud quos duo tantum gladij reperti ſunt ſub eodem tempore quo captus eſt. Si hunc inquiunt dimittis, iram proculdubio Cęſaris incurres, & cum detrimento prefecturę florem amittes iuuentutis tuę. Animā aūt non poſſunt occidere videntes ergo iudęi ꝙ neutrius criminis cauſa apud Pilatum preualebat iuſticię, ad minas conuertuntur lędendę amicitię. C. Aug. quaſi delaturi illum eſſēt apud Ceſarem & ſenatum Romanum. Ad hęc Plato in Menedemo. Adulatio beſtia eſt hu Plato. Matth. 16
D mano generi peſtilens. Et vide ꝙ valde decipiat. Non. n. in rebus ſolum occultis, ſed id quod mirum eſt in manifeſtiſſimis artificioſiſſime fallit. Qui, n. nō nota ſit auita paternaqꝫ origo: verūtamen in hoc ſicut & in ceteris adulatores venefici nos quoqꝫ circūueniunt: id quod euidentur patet in Alexandro. Tanto certe Cyrce illa crudeliores, quanto grauius inferunt detrimentum. Illa enim ſuis poculis exteriora hominum fertur in beſtias transformaſſe. Hic vero lenocinijs ſuis & ſuccis interiora transformāt ſed tamē euaneſcēte hac impoſtura falſe imaginis, tribus aut quatuor, elapſis diebus, deceptos ſe fuiſſe vel ſero agnoſcunt cum ante putauerint ſe in beatorum inſulas conſtitutos. Hęc ille. Non inquiunt es amicus Cęſaris. Non tanti facienda eſt vita hominis iſtius, qui ab omni populo ad crucem petitur, vt abſoluendo eum (reum alias) ſias tanti principis ex amico inimicus verum amicus plato, amicus Cęſar: amicior veritas. Alexander hepheſtionem aliquando caſtigans cum cratero ſimultates exercentē, que tandem a te tuę ſunt opes, aut quod tuum facinus, ſi quis tuum tibi Alexandrum demat. Quam commutationem dabit homo pro
E anima ſua. Matthei. 16. Auguſtinus. Amicitia ſęculi quę bonorum temporalium cupidine protrahitur, ſemper plena eſt fraudis, ſemper cum fortuna mutatur, & ſequitur marſupium. Nulla peccati excuſatio, ſi amici cauſa peccaueris etiam ſi amicus ſit Cęſar etiam ſi ſit eius viuencium mater. Ionadab quoqꝫ amicus Annon ſalubrius prohibuiſſet inceſtum, ꝙ ꝙ potiretur optato prebuiſſet conſilium. Scriptum eſt autem. Leut. 19. Non conſideres perſonam pauperis, nec honores vultum potentis neutro declinandum, ſed iuſte iudica proximo tuo. Ad illud quod pretulimus, non ſequeris turbam ad faciendum malum, &c. Exo. 23. In volumine legum quę vocantur del eſtilo ita legimus. Dominus rex Aldefonſus aliquando cōgra ſue & ſas diam dici fecit hominibus numero. 180. Indigenis ciuitatis exomēſis, vt perſonaliter comparerent ante Regem. Cum id ſuper quo delitigabatur facile dirimi potuiſſet in exomēnſi oppido. Itaqꝫ cauſa vtroꝫ citroqꝫ diſcuſſa Rex condemnatur, in. 35. milibus nummum, quos et ſoluit, tantum. n. homines c. Ro. 13.

 alli expe

do Reservado de EL COLEGIO de JALISCO

illi expenderant inter veniendum & redeundum. Vnde illud ex prouerbio, vſq ad aras amicus. Reſpon-
ſum eſt autem a pericle, quem cum amicus quiſpiam rogaret, vt in cauſa quadam, ſua gratia falſum de-
ieraret, reſpondit oportere me commodare amicis: ſed vſq ad aras. Admonet autem prouerbium / non
vſq ꝑ quo conſulamus amicorum comodis, fas videri paululum a recto deflectere. Verum eatenus ne pro
pter hominem amicum numinis reuerentiam violemus. Olim autem iurantes aram manu contingebāt,
Sicut nunc continguntur ſancta Euangelia, ab abiurantibus hereticos errores, Omnis.n. qui ſe facit Re-
gem. Contradicit Ceſari. Quibus verbis maiorem timorem ſe ingerere putauerūt pilato, terrendo de Ce
ſare, vt occideret chriſtum, q̄ ſuperius vbi dixerunt, ſecundum Legem debet mori, quia filium dei ſe fecit
Eorum Legem quippe ille non timuit vt occideret, ſed magis dei filium timuit / ne occideret. Nunc vero
non ſic potuit contemnere Ceſarem autorem poteſtatis ſue, quem admodum legem gentis aliene. Sequi F
tur, Pilatus ergo cum audiſſet hos ſermones: adduxit foras Ieſū: & ſedit pro tribuna
li: in loco qui dicitur Lithoſtrotos, hebraice autem Gabatha, Erat autem paraſceue
paſche hora quaſi ſexta. Et dicit iudeis. Ecce rex veſter. Pilatus igitur perſpiciens implaca-
bile odium taurorum pinguium & impudicorum canum aduerſus innocentiam chriſti, & concordem cō
ſenſum atq coniurationem ſacerdotum & populi in mortem vnius hominis qui tantam ſalutem ope-
ratus fuerat in medio eorum dominum autem chriſtum & ſi innocentem, inopem tamen & infime ſortis
quiq interrogatus non reſpōdebat, nec nouum eſſe & alias inuſitatum / quoſdam apud tribunalia Ceſa
rum falſi criminis inuidia capite plexos: iamq ſatis egiſſe patronum apud populum, vt vnius ignoti ho-
minis innocentiā tueretur decernit illorum obſequi deſiderio. Sic tamen vt Ieſum condemnando / abſolue
ret. Producitur igitur agnus immolandus pro vita Iſaac, nullo vt viſum eſt ſeruato ordine iuris, Pilatus G
ſedit pro tribunali in loco Eminentiori, vt omnibus foret conſpicuus. Locus ille grece vocabatur lythoſ-
trotos eo q lapidibus ſtratus eſſet, Lithos.n. lapis eſt, ſtromnyo, ſterno, Inde ſtroton dicitur: quod quo
cunq modo ſtratum eſt Gabatha autem locum excelſum ſonat hebreis, vnde apparet locum fuiſſe edi-
tiorem accomodum iudicio, Quid eſt autem quod dicit erat paraſceue paſche hora quaſi ſexta? Quod
enim dicit Marcus hora tertia crucifixum dominū, forſitam programma quod ſignificat ſex, poſitū ē, cappa
quod ſignificat tres. Inquit ergo euangeliſta. Iam appropinquabat tempus, vt iuxta feſti diei rationem
agnus qui tollit peccatum mundi immolaretur: dicente domino, immolabit eum multitudo filiorum Iſrael
ad veſperam paſche, Quoniam igitur veſpera vrgebat: vt legem iuxta litteram implerent iudei, aderant
vrgentes iudicem, vt eis immolandū traderet agnum ſine macula. Dixit ergo eis. Ecce hominem qui ſe
vt dicitur ꝑ filio dei gerebatur, reuera autem ex ipſo aſpectu & māſuetudine quam pre ſe fert, ſatis liquet
quam in eum non competant obiecta crimina. Verum qui nihil aliud ſitiebant q̄ ſanguinem eius, vt illo H
immolato: ſumpſit execrandū paſcha ſanctificati immolarent: clamabāt, tolle, tolle, crucifige eū
firmauerunt ſibi ſermones neq̄. O quando inquiunt morietur, & peribit nomen eius? veruntamē in no-
mine Ieſu omne genu flectitur, nomen autem Moſi ſublatum eſt de terra morientium, dicit tamen deus
de amico ſuo, te ipſum noui ex nomine. Exo. 33. Iudei autē adhuc dura ceruice ſpiritui ſancto rebelles ſunt
iuxta illud ignis ardebat, & rubum non comburebat. Dicit eis pilatus, regem veſtrum crucifi-
gam: Reſponderunt pontifices. Non habemus regem niſi Ceſarem. Irridet igitur pilatus
iudeorum inſanā ac pertinacem veſaniam, q ad crucem expetant eum, quem nudius ſextus tanq̄ regem
exceptum, ad templum vſq perduxerunt. Et licet vox iſta pilati in nullo adamantium cor inflexerit iudeo
rum, tamen eo profecit, vt extorqueret ab eis ſeruitutis inuiſe voluntariam profeſſionem, publice abnegā
tes Meſſiam ſuum, qui cedebat eos flagellis, quando declinabant a via mandatorum dei: miſericordiam I
autem ſuam non abſtulerat ab eis, & amplectentes eum, qui cedat eos ſcorpionibus, & vitam eorum de
ducat ad amaritudinem, tanta erat vlciſcendi libido. Quia igitur ſuſceperunt ſuper ſe Ceſaris iugum, ne
verus rex regnaret ſuper eos, facti ſunt iuxta prophetam quaſi in principio: cum nō dominaretur deus illo
rum, imo facta ſūt poſteriora illorum deteriora prioribus, & dorſum illorum ſemper incuruatur. Oſtēdit
eis deus dorſum & non faciem, quod malorum maximū opinor. Hieronimus. Non habentes deum, nec re
ges nec principes, nec prophetas, nec legem mandatorū dei, ſed dominatur illis Ceſar, non deus, poſtquā
enim dixerunt. Non habemus Regem niſi Ceſarem, vellus iudaicum ſiccum remanſit, quia negauerunt
fontem aque viue & aruit in pectore iudeorum ros fidei, area autem tota irrigata eſt, quoniam quem iu-
dei abnegauerunt, confitentur Gentes, que venient ab oriente vt recumbant in ſinu Abraam. Matth. 8.
Per diem autem feſtum. Ideſt ſingulis feſtis, nam paſcha reccurrebat ſingulis annis. ſolebat dimi
ttere illis vnum ex vinctis quencunq petiſſent, habebat autem tunc vinctum inſig- K
nem: qui dicebatur Barrabas, iuxta Mattheum. Marcus, qui cum ſeditioſis erat vinctus, qui in ſedi
tione fecerat homicidium. Et cum aſcendiſſet turba cepit rogare, ſicut ſemper faciebat illis. Grece ſic. Et
cum acclamaſſet turba, cepit poſtulare (remitti ſibi vnum ex vinctis) quem admodum ſemper fecerat.
ſciebat enim q per inuidiam tradidiſſent eum ſummi ſacerdotes. Origenes, quem cunq
igitur peterent, accipiebant, q̄uis mille homicidijs obnoxius videretur. Sic enim quaſdam gratias preſ-
tant Gentes eis quos ſubijciunt ſeruituti donec confirmetur ſuper ipſos iugum ipſorum, de quo dictum eſt
in ſuperioribus. Quid ſi requiras cur cum in precedentibus annis preuenirent iudicem: petentes vnum
ex vinctis quem vellent: nunc autem iudex eos ante vertit dicens, quem vultis? Reſpondet Euangeliſta,
quia compertum erat iudici, iudeos dominum Chriſtum ipſi pilato propter inuidiam tradidiſſe. Vnde
eum abſoluere feſtinabat. &c. ſequitur ex Matth. Cap. 27. Sedente autem eo pro tribunali, miſit
ad eum vxor eius dicens. Nihil tibi et iuſto illi. Ne quid rei tibi ſit cum iuſto illo. Multa e-
paſſa

Fondo Reservado … Jalisco

enim paſſa ſum hodie per viſum propter eum. Faber ita dicit. Iuxta Ignatium vxor Pilati a
ſatana ſubornata erat, vt crucem impediret & mortem chriſti, Et ſequitur. Nullus aliter afficiatur Pilato
procuranti liberare chriſtum, ꝙ diabolo. Miniſter.n.diaboli erat. Que.n.iuſticia erat Barrabam chriſto
equare? veruntamen pilatus non equando vnum alteri/hos duos propoſuit, ſed velut pugnantes ex dia/
metro vt audito nomine infami homicide & Latronis famoſi, vel ſic compelleretur chriſtum ad vitam pe
tere. Ad hec Origenes vult Euangeliſta non preterire rem diuine prouidentie laudem ꝙ dei continentē, Origenes.
qui voluit per viſum conuerti pilati vxorem, vt quantum ad ſe vetaret viſum ſuum, ne audeat contra ie
ſum iuſtum proferre ſententiam. Ideo autem per viſum paſſa eſt, vt ne amplius pateretur. Vt beatam fui
A ſſe dicamus Pilati vxorem, que per viſum recepit, quod erat paſſura. Ex quo audebit quis dicere, quoni
am melius eſt recipere aliquem mala in viſu ꝙ in vita. Viſis ergo terribilibus precedenti nocte vexata eſt
cauſa domini ieſu, quod & ipſum diuina diſpenſatione actum eſt, vt vndiꝗ teſtimonium haberet inno-
centia eius, qui pro trangreſſoribus orauit, vt non perirent. Eſai.53. Nicolaus & ordinaria aſtipulantur
verbis ignatij, Satanam videlicet ſero licet ſapientem adductum quibusdam veriſimilibus coniecturis/
voluiſſe quāuis modo impedire mortem domini per quam iuxta paulum. Hebre.2. amiſſurus erat ius Ti
rannidis ſue, & eos quos iniuſte poſſidebat. Quod mihi non fit probabile, alioqui non vxorem pilati ſe-
mel, ſed miniſtros ſuos ſepe ſepius a tanto piaculo deterrent. Sequitur. Et accuſabant eum ſummi
ſacerdotes in multis & ſeniores populi: & nihil reſpondit. Pilatus autem rurſus inte
rrogauit eum dicens, Nihil reſpondes? vides in quot te accuſant. Marci.15. Ieſus autē
amplius nihil reſpondit: ita vt miraretur preſes Pilatus vehementer. patet igitur ex preſen
B ti loco, non eſſe verum illud, qui tacet, cōſentire videtur, quia iuxta euripidem viro ſapienti ſilentium eſt
pro reſponſione. Si.n. vt predicitur/chriſtus dominus operibus mirabilibus & que omnem humanam fi-
dem excedebāt/non perſuaſit quis eſſet: quando verbis nudis ſuadens, perſuaderet. Miratur autem & pre
ſes vehementer: videns eum in tranquilla & quieta grauitate ſapietie & inturbabili iudicio ſtare/ in quo
ad mortē periclitari exiſtimabatur ab ijs qui erant ibi, & fortior erat humana natura & omni eius infirmi
tate volente obtundere ſpiritū eius, non autē preualente hoc facere, ſtans vt prefati ſumus autem mortem
imperturbabili animo, cum mors nulli non ſit terribilis de lege cōmuni, Etiam Petro cū eſſet ſenex & ple-
nus ſpiritu ſancto. Ioan.21. Nihil ergo reſpondit, quia iuxta quod alibi diximus loquendi homines magiſ
tros habemus, tacendi autem deos. Sunt.n. pleriꝗ homines adeo impendio loquaces, vt eos ſi vel verbo prouerbiū.
tangas, continuo referant tantū verborum, vt nullus ſit omino garriendi finis iuxta prouerbium, dodo
neum es. principes autem ſacerdotum & ſeniores perſuaſerunt populis. Iuxta Mattheū,
& concitauerunt turbam. Iuxta Marcum. vt peterent Barrabam: ieſum vero perderent. Ioann.18.
Nutante populo, quem e duobus eligerent, nam nomen Barrabe odioſum erat apud illos & infame, tan Deuter.30
C dem perſuaſi ſunt a ſacerdotibus (qui contaminari timebant ingreſſu pretorij) vt peterent homicidā, nec Orige.
audierunt Moſen loquentem ad eos ex ore dei, conſidera, ꝙ hodie propoſuerim in conſpectu tuo vitam
& bonum & econtrario mortem & malum. Elige ergo vitam &c. Et ſiquidem Barrabam petiſſent di-
mitti, non autem e contra & chriſtū poſtulaſſent ad crucem, ſed eum in poteſtatē dimiſiſſet Pilati, vt face Eſai.5.
ret de eo ꝙ vellet, adhuc magne eſſet impietatis Nūc aūt multiplicauerūt impietatis ſue menſurā: nature
ordinem perturbantes, dicētes malo, bonus es &c. Quē inquit vultis e duobus? duo.n. externa poſuit pila
tus. Alias quādo ſuſpicaretur ille/Iudeos hominē infamē preelecturos, & qui a capite ad calcē vſꝗ tot⁹
malitiā redolebat? Latro famoſus, homicida pacis oſor. ſed perſuaſi a ſacerdotibus & concitati, qui ipſi prouerbi.
alias vltro currebant ad malum, Barrabam petierunt, ſcilicet hec ſunt ſacerdotum partes, ex eorum ore le Malach.2
gent domini populi requirent. Senſerat pilatus in ſacerdotibus nihil eſſe preſidij, ideo confugiebat ad po
pulum, Et vere futurum erat vt populi ſuffragio liberaretur dominus Ieſus, niſi ſacerdotū inuincibilis ma Matth.12.
D litia concitaret multitudinem Euripo mari mutabiliorem. Id autem cum preter expectationem preſidis
accidiſſet, nam audierant dominum chriſtum gratioſum eſſe apud populum quippe qui ante ſex dies cum
ramis fuerat exceptus, non deſinit ad huc partes eius tueri pro viribus dicens. Quid ergo faciam de
Ieſu/qui dicitur chriſtus? O Rerum vices in diuerſum verſas. Latronem famoſum turbis donat, et
de Ieſu quid faciat inquirit, Nonne iudex erat poteſtatem habebat & dimittendi & crucifigendi? iam do Matth.22
narat Ceſari quod ſuum erat, latronibus latronem, homicidam parricidis, quare non donabat & deo prouerbiū.
quod ſuū erat? ſed quid inquit faciam de Ieſu populum veſanum aſſumens in conſilium ſuum, ipſe ſubere Nume.21.
Leuior. Fac inquiunt quod facturus es. Nec.n. nos tantopere deſideramus latronem vita donare, ꝙ chriſ- Figura.
tum ſerpentem in ligno exaltari. Vnde Dicunt omnes. Crucifigatur. Ait preſes. Quid enim 3.re.3.
mali fecit? At illi magis clamabant dicētes. Crucifigatur. habes igitur impletum quod iux Epheſ.2.
E ta myſterium ſcriptum eſt & prefiguratum in duobus feminis, quarum vna occidit noctu filium ſuum. &
occidere voluit item alienum. Vtraꝗ peccatrix erat, ipſe eſt.n. pax noſtra, qui fecit vtraꝗ vnum. Ego in
quit & mulier hec habitabamus in domo vna, iuxta illud Actu.6. Erant illis cor vnum, & anima vna vi
delicet his qui crediderunt cum ex Iudeis tum & ex Gentibus. Eleganter vero adiunxit, peperi apud eam
in cubiculo. Eccleſia.n. de Gentibus que non habebat legem nec prophetas: peperit in domo ſynagoge. Hierony.
Vnde illud, introducā te in domum matris mee. Et ſi conſideres pilatum manus lauantem, Centurionem Cantico.
confitentem, Magos adorantes & eos qui ante paſſionem domini per philippum dominum videre cu-
piebant (Ioan.12.) non ambigis ꝙ Eccleſia prius peperit, & natum ſuum non occidit, ſed adorauit mor
tuum &



Fondo reservado de EL COLEGIO de JALISCO

Matth.27 viuum & reſurgentem, & ob eius morte manus lauit.poſt vero peperit Sinagoga,pro qua dominus dixit,
pater ignoſce illis,qui ſanctum & iuſtum occiderunt,& petierunt virum homicidam. Actu,3.ſed acceden
te gladio,ocidetur chriſtus cuius ſit filius.Noctu occiſus eſt,quia noctu dixerunt,reus eſt mortis, Sinago-
Luc.23. ga dicit,crucifigatur.Eccleſia.Quid.n.mali fecit?Synagoga dicit.Reus eſt mortis, Ecleſia/ ego in eo nu-
llam mortis cauſam inuenio . Sinagoga , ſi hunc inquit dimittis,non es amicus Ceſaris,eccleſia : acci-
pite eum vos.Ioan.19. Et ſecũdum legem veſtram iudicate.Eccleſia innoçens ego ſum a ſanguine huius
Synagoga/ſanguis eius inquit ſuper nos . Eccleſia vere filius dei erat iſte, ſinagoga , filium dei ſe fecit.
Sed preualuit vox ſynagogę: & occidit filium hominis,viuus autem non eſt diuiſus,quia nemo habebit
viuum;niſi qui crediderit reſurgẽtem Quãdo collocauit mortuum in ſinu matris(quãdo iudęi rogauerũt
pilatum.vt tollerentur corpora latronum & domini & ſepulchro conderentur.Quando dominus in ſinu F
ps.29. matris collocatus ẽ velut faſciculus myrrhę.Cãti.2.Eccleſia illum tunc non agnouit,Quia quę vtilitas in
ſanguine meo,dum deſcendero in corruptionem? Apoſtoli omnes fugerunt.Mater illum nõ agnouit,quia
in triduo illo homo non erat,ſed clara intuẽs luce.i.indie reſurrectionis agnouit viuẽtẽ in ſęcula, Apo.p.
Cęterum ſynagoga dicens. Mentiris:quia filius tuus mortus eſt,in hoc verum dicit.In quo ergo mentitur
in eo ꝙ negat nec credit reſurrexiſſe,quem ipſa occidit . Afferte inquit gladium , & diuidite infantem.
Eccleſia. Appello,ſed date ei infantem viuum: Et ſynagoga.nec mihi inquit nec tibi detur viuus . Ego
illum non credo deum & hominem,tu non credas mortuum & reſurgentem ſententia iudicis , Date huic
Sabellic⁹. infantem viuum,hęc eſt.n.mater eius,Synagoga.n,mortuum vult:non viuentem. Datus eſt igitur vni-
cus Eccleſię,ipſa.n.compaſſa eſt morienti, cum reuertebatur a cruce tundens pectus ſuũ. Luce,23. Itaqꝫ
poſt ꝙ vtraqꝫ ſatis conſtanter cauſam dixiſſet, Eſſet ꝙ ob id iuditiũ coniectura anceps: ſtabat circunfuſa
multitudo in preſẽtis iudicij euentum ſuſpenſis animis erecta. Mãdãte igitur rege vt infans viuus diuide G
retur, viſum eſt hoc iudicium tum prauũ preceps & temerarium,Eliciuitqꝫ tacitum riſum populo. Sed rei
Hierony. exitus vertit populum in ſtuporem,magnaqꝫ ex eo ſapientię fama Regi conciliata eſt. Magis inquit cla-
mabant.Vnde illud.Expectaui vt faceret iudicium,& ecce clamor. Eſai.5.Hieronimus. Clamor iſte To-
lle tolle crucifige eum eſt,ſed contra hunc clamorem clamat de terra contra eos ſanguis Abel , pro eo ꝙ
conſona impietatis voce/toties clamauerunt,crucifige eum . Et orerum quanta mutatio. Populus qui ſeꝫ
uierat deo dicit,crucifige cum iſtis ( & loquitur de ijs qui erant in naui cum Iona ) impleatur vt occi-
dam,mare furit, tempeſtas vrget,& propium periculum negligentes,de aliena ſalute ſolliciti ſunt,mittẽ-
tes reuerti ad aridam,ne ſanguinem fũderent,magis volentes perire.ꝙ perdere hominem alias ignotum
& fugitiuum.Sequitur Matth.27.videns autẽ pilatus ꝙ nihil proficeret,ſed magis tumul/
tus fieret , accepta aqua, lauit manus coram populo,dicens,Innocens ego ſum a ſan
guine iuſti huius vos videbitis . Et reſpondit vniuerſus populis dicens-ſanguis ei⁹ H
ſuper nos,& ſuper filios noſtros. perpendens inquit,ꝙ tentatis omnibus:nihilo mitiores fierẽt
lupi illi graues( quippe qui ſe furijs infernalibus deuouerant,non manducaturos paſcha ſuum funeſtum
p,q.4.ecl donec crucifigeretur dominus)quãdiu prędą non potiebantur ? quam mercati fuerant perpetua ſeruitute:
magis aũt excitaretur tumultus pilato ludente operã ſuã prius abſoluit dñm velut innocẽtem ꝙ ad cru-
cẽ adiudicaret preſente ergo populo.acceptis malluuijs lauit manus/dicẽs.Innocẽs ego ſum,&c. vos eſtis
Hierony. mortis huius autores:non ego,& quantũ cõiectura diuinare lꝫ vos videbitis. Ita dixerunt boni iſti , Iudę
Gene.4. confitenti peccatũ ſuum, tu videris. Ita & pilatus,vos videbitis.in veſtrũ enim omniũ caput recidet vl-
tio ſanguinis huius.En.n.ſanguis eius exquiretur. At hec hiero. Iudex qui cogitur contra xp̃m ſententiam
ferre, non damnat oblatum,ſed arguit offerentes,iuſtum eſſe,pronuntians,qui crucifigendus eſt. Vos vi/ I
debitis, veſtra vox ſanguinem fundit . Ego miniſter legum ſum . Lauit ergo manus,vt in lauacro man-
num ſuarum ab impietate iudęorum qui clamauerunt,crucifige eum/nos alienos faceret:quodãmodo cõ
Hiere,4. teſtans & dicens. Ego quidem innocẽtem volui liberare,ſed quoniam ſeditio oritur, & perduellionis mi
Hierony. hi contra Cęſarem crimen impingitur:inocens ego ſum.Vere autem nugabatur,cum in poteſtate habue
rit dimittere eum,aut ſaltem rapere emedio catulorum leonum, ſic fecit tribunus in paulo. Actu.23. La-
ua inquit a malicia cor tuũ. Veruntamen reſpectu iudaicę perfidię pilatus innocens videri potuit . Vnde
illud Ionę.pri.Quęſumus domine ne pereamus in anima viri huius,Et ne des ſuper nos ſanguinem inno
centem. Hieronimus,conteſtantur dominum:vt quodcunqꝫ facturi ſunt, non ſibi reputetur, & quodam
modo dicunt. Nolumus interficere prophetam tuũ.ſed irã tuã & ipſe cõfeſſus eſt & tẽpeſtas loquitur id-
Eſai.pri. circo volũtas tua expletur per noſtras manus. Nonne tibi videtur nautarũ vox/Pilati eſſe confeſſio:qui
lauat man⁹.&c. Lauat manus inſignũ publicũ innocentię xp̃i & exonerationis proprię & reiectionis cul K
pę in iudęos,qui ſanguinẽ iuſtũ.i. vltionẽ eius ſuper ſe accipientes odioſi omnibus,vagantur per orbem
Auguſti. ſemper redeũte in memoriã hominũ peccato eorũ. Nolunt gentes xp̃m perire,& innocentẽ ſanguinẽ pro
teſtantur,iudęi autem a damante indomabiliores , ſanguis inquiũt ſuꝑ nos.Et ideo ſi leuauerunt manus
ſuas ad eum,non exaudientur quia plene ſunt ſanguine tanti iuſti. Prius igitur mercati ſũt ſeruitutem ſibi
Hierony. & liberis ſuis:& nunc vltionem ſceleris ſui traſmittunt in poſteros.Et tamen ſapientia dei quę elicit mel
2.pali.36. de petra,de ſanguine medici occiſi fecit medicamentum ęgrotis,ſi eo velint vti . Auguſtinus vt autẽ pi-
lato ſuaderent,nihil mali eſſe quod petebant,in filios ſuos retorqueri dixerunt,ſi eſſet iniuſtum,quia vt fu
rori ſuo ſatiſfacerent:nec filijs quidem parcere voluerunt, Ad hęc Hieronimus. Multa Iudea ſcelera com
miſit

Fondo Reservado de EL COLEGIO de JALISCO

miſiſti:cuntis circa te ſeruiſti nationibus. Ob quod factum? vtiq; propter idololatriam. Cunq; ſeruiſſes
crebro,miſertus tui eſt deus,& miſit iudices & ſaluatores qui te de famulatu multarũ gẽtiũ liberauerũt
Nouiſſime ſub regibus offendiſti deũ,& omnis tua prouintia gẽte Babylonia vaſtãte,deleta eſt. Per.7c.
ãnos tẽpli ſolitudo permãſit,donec Cyro rege permittẽte,laxata ẽ.Quę paſſi eſtis a Medis Egiptis, Ma
cedonibus. Antiocho crudeliſſimo non enumero. Taceo Gne.pompeium. Oabibium, Caurum, Varum
Caſſium, Adextremum ſub Veſpaſiano vrbs Capta templumq; ſubuerſum eſt. Deinde ciuitatis vſq; ad
Adrianum per.5c.annos manſere reliquie,poſt euerſionem templi per annos fere. 1455./ & vrbis et tem-
pli ruinę manent . Ob quod tantum facinus? Certe non colis idola,ſed etiam ſeruis perſis & Roma- plutarch.
nis,& captiuitatis preſſus ( O iſrael) iugo , ignoras deos alienos . Quoniam clementiſſimus quondam
deus,qui dixit miſericordiam autem meam non auferam ab eo(p̃s.88.)nunc per tanta ſpatia temporum
A miſerijs tuis non adducitur,vt ſoluat captiuitatem;ob quod inquam facinus auertit a te oculos ſuos? Ig-
noras? Memento vocis parentum tuorum . Sanguis eius ſuper nos & ſuper liberos noſtros. Ad hęc plu-
tarchus. Illud principio vobis perſuadeatis, deum nihil temere agere,licet nos interim tanq; talpę Cęcu-
ciamus,Nec tamen mirum aut abſurdum videri debet,Cum filij ex Tyrannis procedant,ſi ob eorum facı
nora vindictę quoq; partem deſumant , quando quidem quę apud homines beata cenſentur : propter
illos conſequuti ſunt ac poſſident: videlicet honores diuitias famulatum. & profecto ridendus eſſet , qui
iniquum eſſe aſſererte pollicem adurere, Cum coxarũ doleret vertebrum vel ſiquis ob vngularum debili
tatem ſumma boni perũgeret cornna. Nam medici venam incidunt,vt ab ophthalmia leuentur.Sic pre-
ceptor vnum ex pueris corripiens, Cęteros admonet,& imperator decimum quemq; tollit,vt Cęteros ad
B officiũ reducat. Neq;.n.ſi nihil aliud eſſemus q̃; vt dicitur Adonidis horti , aut foliorum ad ſimiles ( iux- Homer.
ta homerum) & non aliquid diuinum in nobis eſſet,& inmortale,tantam deus noſtri curam gerere vide-
tur, & rationem habere . Nam ſi prouidentia dei eſt animam immortalem neceſſe eſt ponere, nec alte-
rum repudiare alterum amplecti datur. Alia ad identatio eſt, Cum nulla alia magis acerba & quę au-
xiore afficiat triſticia ſit pœna:q; cum quis cernit:ſuos ob ſua ipſius mala acta pati in commoda & affli-
gi,admodum veritati conſonum eſt,animam impij ac flagitioſi cum poſt obitum conſpicit: non ſtatuas
ſubuertit/ſed liberos amicos propinquos maximis ſubijci tormentis, & ob ſuam ſceleſtam vitam pœnas
luere graues. Etiam ob iouis honores ſi concederentur. Iterum in iuſte agere ſeu peccare Nolle . Hec ille,
de eo,q̃ ſepę filij puniuntur pro parentibus. Vide autem textum Deute. cap.21. in principio , de homine Abulen.
occiſo,cuius occiſor ignoratur. Super quo dicit Abulen. mirabile quiddam iuxta ſenſum litteralem. Si ca
daueri inquit hominis occiſi etiam a multis retro diebus ſuperuenerit occiſor & aſtiterit,ex ipſis vel nudis
C oſſibus ſanguineum ſudorem effluere, quanto magis ſi homo recẽter occiſus ſit,& hoc inquit ſępe viſum
eſt. Itaq; conuenientibus ſenioribus & magna populi frequentia ad cadauer in agro repertum,ſi forte occi
ſor ad eſſet indicijs patenter deprehendebatur. Hoc totum videtur fieri diuina permiſſione in deteſtatio-
nem homicidij & humani ſanguinis effuſionem. Vnde & ipſemet ſanguis effuſus dicitur clamare & iuſti-
tiam petere vt habetur. Geneſi.4. vox ſanguinis fratris tui clamat ad me de terra ideo datur de hoc ſingu
lare preceptum videlicet quintũ. Non occides. Exodi. 20. In quo quidem precepto omni prohibetur ho-
micidium tam ſuipſius quam cuius cunq; alterius. Et tãto ſit hoc peccatum deteſtabilius quanto ſanguis
qui effunditur apparet magis in noxius . Quod deo ita diſplicet vt etiam in hac vita vindictam faciat
eodẽ genere mortis iuxta illud. Matthei.26. Omnis qui acceperit gladium,gladio peribit. Item et illud
quod habetur. Matt.23. Hieruſalẽ hieruſalẽ quę occidis prophetas & vt veniat ſuper vos omnis ſanguis
D qui effuſus eſt a ſanguine Abel iuſti . &c. ſic igitur Iudei dixerunt , ſanguis eius ſuper nos, & ſuper li-
beros noſtros,ita & Noe maledictus inquit Chan: ſeruus ſuorum erit fratribus ſuis . Pater irridet puden- p̃s.108.
da Noe , & filius maledicitur . Geneſis . 9 . Sic Iudei domini ſanguinem fundunt , & vindictam tanti Ma[illegible].23.
parricidij tranſmittunt ad filios,& peccatum eorum ſcriptum & exaratum eſt in corde ad amantino Iu-
deorum . Hieremie.17. Si requiras , quo ſtillo exarari potuit adamãtinum cor eorum, ipſi ſunt rogandi,
ęcatem enim habẽt. Dicamus tamen,quod acceperunt ſuper ſe ſanguinem hędi illius qui peccata multo-
rum diluit,de quo habes Leui.16. Sanguis igitur qui gentium peccata diluit, Iudeorum peccatum cordi
corum,inſculpſit (cedit eni adamas hircino ſanguini) vt peccatũ matris eorũ nõ deleatur in eternũ. Plebs
itaq; inſana luna mutabilior, quę pridie cecinerat benedictus qui venis. in ſe ſuoſq; filios vindicem dei irã
(pulchram hęreditatem) exeri precatur : modo pronuntiet per ſe pilatus, ſeu noxius inquit ſeu innocens
fuerit, nihil ita magni refert, modo ſanguis eius effũdatur, & eradatur de terra memoria eius. Hec ille quę
E vocantur apud Oſee filij ſine miſericordia. Caput.1.

Caput. xi. Ad iudicauit fieri petitionem eorum, & traditur do
minus vt crucifigatur. Repetũtur illuſiones factę in domo pi
lati de quibus cap.9, & dicitur de veſte purpurea. Et baiulans
ſibi crucem. Angariatur ſimon Cyreneus qui crucem portet
poſt dominum Ieſum. Filie Hieruſalem nolite flere ſuper
me. &c. Quia ſi in viridi ligno hec faciunt. Ducebantur alij
duo



Fondo Reservado de EL COLEGIO de JALISCO

duo nequam veniunt in locum Caluarie:ibi dominus cruci-
figitur inter duos latrones.

ET adiudicauit fieri petitionem ipſorum. Luc. 23. Quomodo ergo dixit,
innocens ego ſum a ſanguine huius: Neq3.n.niſi volens,id adiudicauit , videlicet
ne perderet amicitiam Cęſaris, malum non infrequens apud noſtrates vtriusq3 fo
ri dicit autem lex dei, Exo.23. inſontem & iuſtum non occides,quia aduerſor im-
pium. Abule. Licet probetur per falſos teſtes quod ſit nocens,ſed deponenda eſt F
dignitas, ſi aliter non poteſt iudex innocentem abſoluere. Cęterum abſoluere reū
Abule. quem iudex ſcit nocentem eſſe,ſed ille probat ſe innocentem/licet iudici, Nō.n. eſt
ſimile in vtroq3 caſu,quia odia ſunt reſtringenda & ampliandi fauores, Et ipſe ali
as non effugiet iudiciū dei/quod iuxta apoſtolum eſt ſecundum veritatem . Scio
multos magni nominis huic cōcluſioni obſtare,de quo ipſi viderint, lex.n.dei conſtanter loquitur, inſon
tem & iuſtum non occides. Pilatus autem ſine dignitatis ſuę detrimento iuſtum abſoluere poterat:quē
condemnauit/ quia iuxta Lucam inſtabant iudęi magnis vocibus, poſtulantes vt crucifi-
geretur, & inualeſcebant voces eorum. Alias inquit ille innocens ego ſum a ſanguine iuſti hu-
Rom.7. ius, cuius cauſa quaſi impij iudicata eſt. Sequitur enim. Tunc dimiſit illis Barrabam. Ieſum autē
Flagellatum tradidit eis, vt crucifigeretur. Tunc milites pręſidis ſuſcipientes Ieſum
Iob.26. in pretorio, congregauerunt ad eum vniuerſam cohortem, et exuētes eum. Chlamy G
dem coccineam circundederunt ei, et plectentes coronam. &c. ponentes arundinem
in dextera eius, & genuflexo autem eum illudebant ei dicentes. Aue Rex iudeorum
Matth.27. Et expuentes in eum, acceperunt arundinem; & percutiebant caput eius & poſt q3
illuſerunt ei, exuerunt eum chlamide: & induerunt eum veſtimentis ſuis: & duxerūt
eum vt crucifigeretur. Auguſtinus. Apertiſſime quippe contra Cęſarem venire videretur pilatus, ſi
Regem ſe non habere niſi Cęſarem profitentibus, alium Regem vellēt intelligere dimittendum impunitū
quem propter hoc ei tradiderant occidendum, Dat igitur pilatus veniam coruis vexat cenſura columbas
Auguſti. iuxta quod ſequitur, flagellatum Ieſum tradidit eis, nō vt ipſi eum crucifigerent (abſit.n. vt ſanctum do
mini tigres illi contingerent manibus ſuis) ſed vt crucifigeretur, ideſt vt ſentētia ac poteſtate iudicis cru
puerbiū. cifigeretur a Romanis carnificibus. Sed ideo illis traditum dicit Euangeliſta, vt eos crimine implicatos, a
quo alieni eſſe conabantur oſtenderet. Non.n. faceret hoc pilatus , niſi vt id quod eos cupere cernebat/
impleret. Tunc milites preſidis ſuſcepientes ieſum. &c. Principio igitur quoniam audierunt ex ore pon-
tificum & populi, q ſe Regem faceret iudeorum, exutum veſtibus/chlamidem coccineam induunt , pro H
fuſo limbo quo reges veteres vtebantur purpura autem & coccus non differunt niſi ſecundum inten-
ſum & remiſſum. Chlamys pallium eſt militare, quo ſignificatur & veſtem ipſam & colorem coccinum
& formam quam plurimum facere ad ludibrium & ignominiam, vt pote q vir pius iuxta & illuſtris im
piorum veſtem geſtaret, quaſi ſi ſacerdos ignominię cauſa veſte ſęculari induatur. de quo vide Zacha.3.
de corona ſpinea dictum eſt in ſuperioribus. Et ſceptri loco arundinem ponunt in dextra . Origenes.
calamus autem iſte myſterium fuit ſceptri vani & fragilis ſuper quod incumbebamus omnes, quādo era
mus Regnum maligni & arma eius. Luce.11. pro hoc ergo calamo fragili & vacuo dedit nobis chriſtꝰ ſce
ptrum regni cęleſtis crucem ſuam, quod tenentes in manibus/verum celebremus paſcha in azimis ſynce
Origenes. ritatis. Hoc eſt ſceptrū & iugum domini ſuaue & leue . Matth.11. quod inclinans Rex ſuper ceruices noſ-
tras, a iure nos mortis exemit. Et accipientes inquit arundinem, percutienbat caput eius, vnde illud. Fili-
os exaltaui de Egyptia ſeruitute in qua premebantur luto & verberibus & ex ſeptem Regnis vnū con- I
p. Cor. 5. flans, tradidi illud iudeis per manus Ioſue, ipſi autem, acceptis tot bonis, leuauerunt contra me calcaneū
Eſter,5. ſuum, (Deuter.32. Dicētes, non habemus Regem niſi Ceſarem, Ioan.19. ſuo igitur ſceptro percutitur xpūs
Eſai.ori. dominus, & a ſuis illuditur militibus, qui olim choros ducentes, triumphabant de hoſtibus. Ioſue. 6. Ge-
nu flexo igitur adorabant eum, quaſi couſalutantes nouum Regem/iuxta ritum multarum gentium. Vn-
Ioan.13. de illud Artabani ad Themiſtoclem volētem alloqui Regem Xerxem vobis grecis propoſitum eſt liber
tatem atq3 ęqualitatem maxime admirari Nobis vero cum multę atq3 pulcherrimę ſint leges illa omni-
um honeſtiſſima eſt obſeruare Regem, ſimulacrumq3 dei omnia ſeruantis adorare. Si igitur noſtris legibꝰ
Abrae. parere volueris, regemq3 adorabis, fas erit tibi intueri Regē atq3 alloqui, iſtis igitur quia adorauerūt genu
flexo, (Eſto mecum amice & cādide lector) fas fuit videre, ſalutare (ſcilicet ſic eum ſalutant aſtra matuti
na, ſic ſeraphin replicantes ſanctus ſanctus ſanctus dominus deus ſabbaoth, Eſai.6.) & arundine Caput K
eius Baptiſtę trimendum arundine percutere, vt ſpinarum acumina tot fontes aperirent in capitę. Quot
Iob.36. ipſę numero erant, quarum nos vnicam vidimus: quę per omnia ſimilis ē ſpinis mali medicę vel Cipreę
videlicet colore longitudine, duritie & acumine. Sed & thebanus iſmenias aliquādo pfectus ad hūc eūdē
Regē: et iuſſꝰ Regē adorare anullū anī pedes humi diecit. Ita acclinās ſuſtulit, adorātiſq3 ſpeciem pbuit
Hiſtoria. Hoc nō ē adorare, ſed irridere potiꝰ. Ambro. Deteſtabili itaq3 mētis affectu honoratū tñ exitū pdūt. Nā
& compungentes coronam, & illudentes adorant . & ſi corde non credunt, quem perimunt confitentur,
Ambroſi. illis licet defuit boni operis affectus. deo tamen ſuus non defuit honor, qui ſalutatur vt Rex, coronatur
victor quaſi & deus dominus adoratur. Et poſt q3 illuſerunt ei, exuerunt eum chlamyde , & induerunt
eum veſti

Fondo ... de EL COLEGIO JALISCO

eum veſtimentis ſuis. Ad hec hieronimus. Quãdo flagellatur dñs, conſpuitur & illuditur, non habet pro
pria veſtimẽta, ſed ea que propter noſtra peccata ſumpſerat. Vnde illud. Gene. 27. Non cognouit eũ pa-
ter, quoniam piloſe manus ſimilitudinem maioris fratris expreſſerãt, cũ aut crucifigitur & irriſionis põpa
preterierit, tunc priſtinas veſtes recipit & proprium aſſumet ornatũ, de quo habes Gene. Cap. 41. vnde
illud. Cõſcidiſti ſaccum meũ, & circũdediſti me letictia, quãdo capilli eius renaſci cẽperunt, & priſtinam
recepit fortitudinem, interim autem ducitur ad crucem Iudi. 16. Suſceperunt itaq; Ieſum & edu- ps. 29.
xerunt eum. Et baiulans ſibi crucem, exiuit in eum qui dicitur Caluarie locum he- Ioan. 19.
braice autem Golgota. Lucas. & cum ducerent eum, aprehenderunt ſimonem quen-
A dam cireneſem venientem de villa, Marcus. patrem Alexandri Ruſi. hunc angariaue-
runt. Iuxta Mattheum & Marcum, / & impoſuerunt illi crucem vt portaret poſt Ieſum,
luxta lucam. Iulianus apoſtata Magum quendam in profundiorem ſpecum ſequutus, audita demonum
voce, crucis ſe ſigno muniuit. Quo demonibus porro fugatis, Iulianus admirationis plenus, Credere ſe Iulianus.
teſtatus eſt: aliquid occulte potentie ipſi ſigno ineſſe / cui ita Magus occurrit: vt homines ita demones
horrere id genus ſupplitij, atq; ita ille principis animum impio cultui ſua ſpõte deditum impio mendatio
in artis admiratione retinuit, apoſtata, n. erat a fide. Verum quod veritas habet crux chriſti gloria noſtra
eſt. Gal. 6. impletis itaq; myſterijs, de quibus dicitur, tradetur gentibus, illudetur & flagellabitur & con
ſpuetur, vacca illa rufa integre etatis in qua nulla erat macula, & que iugum nunq; ſubierat traditur ſa- Nume. 19.
cerdotibus & omni populo. &c. de cuius ſanguine aſpergat ſacerdos contra fores tabernaculi ſeptem vici
bus. Que omnia plena ſunt ſacramentis, Ita q; prolata ſententia a iudice Romano in eum / cuius ſolius
iudicium eſt ſecundum veritatem, leones illi quorum rictus hucuſq; deus concluſerat ſuſceperunt (& o
B quanta exultatione) concupitam iam diu predam, vt inmolatum ducerent extra ciuitatem, Mors. n. xpi
cõmune erat bonũ: hoc eſt holocauſtũ pro peccato totius mundi: & ideo iuxta paulũ extra portã paſſus ẽ Hebre. 13.
Et batulãs ſibi crucem, de qua dicitur, dabo clauem Dauid ſuper humerum eius: exiuit noſter Iſaac, impo Eſai. 22.
ſitis lignis duobus (Geneſ. 22.) quos vidua colligebat (3. Re. 17.) in eum qui dicitus Caluarie locum: in mõ
te viſionis in quo rubus ardens: non eſt conbuſtus i. non eſt incineratus per triduum, (Exo. 3.) quia non
dabis ſctũ tuum videre corruptionem, precedentes preceuntes, & clamantes / ſic honorabitur quem Rex vo-
luerit honorare. Eſter. 6. qui filium dei ſe fecit, qui rex vocari ſuſtinuit a turba dicente, benedictus qui venit Matth. 21.
Rex Iſrael. Crux autem vt dicitur, 25. pedum erat longitudinis, cui reſpondebat latitudo & põdus congru Chriſoſt.
um. Suis autem veſtibus indutus ducebatur: quo magis eſſet omnibus conſpicuus & probro. Chryſoſto.
Quia. n. lignum vt profanum putabant & vitabant, & neq; tangere ipſum ſuſtinebant: Crucem domi
no vt condemnato imponunt, implentes tamen figuram myſticam Iſaac, Ille, n. reclinatur ſuper lignum Actu. 13.
C chriſtus autem & moritur, vterq; autem portauit, Sed quia onus illud premens ceruices aſine. i. ſinagoge Figura.
(quod iuxta petrum portare nemo potuit) dominus ablaturus venerat: ab aſina ſublatum / ſuper ſe tulit
deinceps autem & nobis impoſſuit. i. Simoni Cyreneo, iam leuius factum ab humeris chriſti Crucem Crux.
tamen chriſti alij portãt patienter. i. impoſitam ſuſtinent, dicentes, Mala autem quare non ſuſtineamus?
Iob. 2. Alij portãt libẽter, dicẽte paulo libenter gloriabor in infirmitatib⁹ meis. 2. Cor. 12. Alij cũ Andrea
amplectuntur ardẽter. Ceterũ paulus gloriatur etiam in cruce chriſti, Gal. 6. & ſupplet in corpore ſuo ea
que deſunt paſſionum chriſti, quandiu candelabrum eccleſie tunſionibus creſcit. Exo. 25. Crux autẽ erat Collo. 1.
mortis genus grauiſſimum: obdiutinum cruciatum, quia Andreas biduo viuens pendebat in cruce, Erat Chryſoſt.
ignominioſum quia maledictus qui pendet in ligno. Deuter. 21. Et tamen iuxta chryſoſt. quem admodũ Auguſtin⁹
victores ita & chriſtus victorie ſignum humeris tulit. Vide pri. re. Cap. 17. in fine. Quid. n. ſi id alio animo
D fecerunt iudei; Auguſtinus. Ibat ergo ad locum vbi fuerat crucifigendus, portans crucem ſuam Ieſus / imo
noſtram, grãde ſpectaculum, Sed ſi ſpectat impietas, grande ludibrium, ſi pietas grãde myſterium. Si ſpe
ctet impietas: grande ignominie documentum, ſi pietas: grande fidei munimentum. Spectet impietas, ridet
Regem pro virga Regni lignum ſui portare ſuplicij. Si pietas / videt Regem baiulantem lignum ad ſeme
tipſum figendum quod fixurus erat in frontibus Regum, ſicut ſcriptum eſt, ſigna thau in frontibus gemẽ-
tium. Ezech. 9. Ad hec Hieronimus, Exiuit in locum Caluarie &c. Extra vrbem loca ſunt in quibus trun Hier.
cantur capita danatorum, & Caluarie id eſt decollatorũ ſumpſere nomen. Ibi ergo crucifigitur dominus
vt vbi prius erat area damnatorum, ibi erigerentur vexilla martyrij, & maledictum Crucis aboleretur. Gene. 28.
Eſt autem iuxta ſanctum Auguſtinum / Crux celeſtis ſcala, cui innixus videtur dominus. Dicitur autem Auguſti.
ſcala, quoniam per eam aſcendunt Angeli, aſcendunt & homines iuxta illud, pacificans per ſanguinem Cantico.
E Crucis ſue que in celis que q; in terris ſunt. Colo. 1. Et cum ducerent eum (tu autem vel alonge ſequere
eum, vt videas vbi paſtor cubat in meridie: vt & tu cum Ruth cubes ad pedes eius. Ruth. 3. Apprehen-
derunt ſimonem quendam &c. Hunc igitur tam & ſi notum ac diuites militari procacia. Nolentem com
pulerunt, vt tolleret crucem Ieſu, non quidem miſerantes anguſtias anime eius, vel matris eius / que eum
ſequebatur, ſed vt celerius immolarent arietem illum, tanto autem tempore viſum Abrae, Gene. 22. Ce- Acorp.
terum iuxta myſterium non iudeus aliquis angariatur vt crucem portet, ſed homo gentilis, iudeo. n. crux
ſcandalum eſt, ſed hoc fidei gentium erat relictum, & crucem accipere, crucem predicare, crucem adorare,
crucem conſcendere, vnde videtur dominus Ieſus. Luce. 19. Hec vox angariauerunt non eſt latina. nõ gre-
ca / ſed perſica, & per inde valet, quaſi dicas, compulerunt, Apud Perſas Angarion dromema curſus erat
perniciſſimus equitum noſtrates poſtas appellant quaſi poſitos collocatos q; certis locis & ſemper in
procinctu excubantes. Inter ceteros autem errores reprobãdos & dãnãdos Baſilidis & Manichei referẽte
hieronymo / & hic vnus eſt, chriſtũ non fuiſſe crucifixum, ſed ſimonem Cyreneum, Mandum hanc non a
deo eſſe

Fondo Reservado de EL COLEGIO de JALISCO

deo eſſe creatũ,ſed ab extremo illo cęlo : ponũt.n.cęlos numero.365 duo inter ſe repugnantia principia,
Hierony Lunam & ſolē duas eſſe naues de pura dei ſubſtãtia fabricatas,q̃bus anime in proprias ſedes vehantur. ex
5.clementis/quinq̃ eſſe genitos principes tenebrarum/& multa id genus deliramenta. Tu autem tripli-
cem crucem intellige,perfectorum qui cum paulo dicunt,chriſto confixus ſum,pœnitentium,puerorũ vox
Gal.2. eſt,caſtigo corpus meum pri. Cor.9.hypocritarum,qui crucem portant cum ſimone,de quibus dicit apoſ-
tolus/inimici crucis chriſti,quorum deus venter eſt. Phil.3. ſunt autē & alij volentes quidem crucem por
tare:ſed perficere non potentes:quorum vox eſt,trahe nos poſt te, & curremus.Canti primo. Et ſicut di-
Rom.7. cit Plutarch. Si quis nihil aliud mali improbis in hac vita accidere affirmaret,q̃ q ſcelerũ conſciētia / ſla
Plutar. gitiorum q̃ recordatione aſſidue torquentur / readmodum moleſta , ac nihil boni ſeu ſtudio digni ex tot
tantis q̃ certaminis referente,cognoſcet profecto acerbiſſime ratione propria illorum affligi animam, & F
Iob.21. ſi interim videātur ducere in bonis dies ſuos,dũ voluptoſe viuere argento ſuo idul . ere curãt ,p inde nece
Luce.9 ſſitati naturaliũ reſiſtere affectionũ valde eſt difficile,crucem videlicet cordie portare poſt Ieſum,ſed reg
num dei,a violentis occupatur, Match.Capi.11.Sequebatur autem illum turba multa populi:
Luce .23. & mulieres quę plangebant et lamentabantur eum.Conuerſus autem ad illas ieſus,
dixit filię hierusalem nolite flere ſuper me:ſed ſuper vos ipſas flete , & ſuper filios
veſtros. Quoniam ecce venient dies:inquibus dicent.Beate ſteriles et vētres qui nō
genuerunt.Et vbera quę non lactauerunt.Tunc incipient dicere montibus:cadite ſu
per nos: & collibus:operite nos. Quia ſi in humido ligno hoc faciunt in arido quid
fiet? Non videtur alienum a fidei pietate,ſi dicamus,q̃ inter feminas iſtas/quę dñm pijs lacrymis proſeq̃
bantur, affuerit & mater eius immaculata,quę certe iuxta crucem ſtetiſſe fertur. Ioan.19.Et fortaſſis vt
eam videret,& operiretur non potentem conſequi vnicum,qui non lente non ſenſim/ ſed feſtinato duce G
batur,ſubſtitit parumper greſſum,conuerſus ad feminas,quę lamentabantur,ſacerdotibus interim iubi-
lantibus,q̃ res pro voto ſuccederet,iuxta illud,Mundus gaudebit,vos autem cõtriſtabimini.Filię inquit
hieruſalem nolite flere ſuper me,Nec tamen reprehendit dominus lachrimas,ab affectu pio reuera profec-
Ioann.16. tas,quando quidem lachrymatus eſt & ille/ conſpecto amici ſepulchro.Quod autem dicitur de ſtephano
Ioann.22. fecerũt magnum planctum ſuper eum, planctus hic iuxta hyeronimum/non inplangentium exanimatio
Actu.8. ne vt multi putant,ſed in pompa funeris & exequiarum frequentia intelligendus eſt.Sic plãctus ſolemnis
Hierony. Iacob ab Egyptijs exhibitus:non longas Egyptijs imperat lachrymas,ſed funeris mōſtrat ornatũ.Con
Gene. 90 peſcuit tamen illarum in tempeſtiua atq̃ indecora lamenta,quaſi lamentarentur ſicut cęteri qui ſpem nō
ps. 29. habent. Scriptum eſt.n.ad veſperum flectus,ad matutinum leticia. ps.29. Ambroſius ſuper beati.Sermo.
Ambro. 14. Ablaturus dominus omnes lachrymas ſuę beneficio crucis in paſſione propria/futurę inſtar beatitudi
nis iubebat vt nemo fleret:niſi qui chriſti beneficia non teneret, In hoc tamen dignę ſunt laude feminę iſ-
Heb. 3. tę:q̃ non Adonidem aliquem lamentabantur,ſed eum qui eſt vita viuentium & reſurrectio mortuorum H
qui lachrimas earum remunerare poteſt leticia ſempiterna. Cęterum in morte Tiberij.C.quo principan
te mortuus dominus,ita lętatus eſt populus,vt ad primum nuntium diſcurrentes,pars Tiberium in tibe-
armatus. n. occurrit ſancto Dauid inermi. Cum eo igitur non confertis manibus pugnandum erat, ſed a
longe in funda & lapide, poſitis armis Saul, quorũ dñs Ieſus nullũ vſum habebat. Cũ aũt feminęus ſex9
trepidaret: & angelica viſione perterritę, vultus declinarent in terrã, colloquio angelico releuantur, De
hoc vide Dani. Cap. 10. item Luc. Cap. 1. De Zacharia, de & immaculata virgine, Facies (inquit Daniel
angeli velut aſpectus fulguris, oculi vt lampas ardens, brachia eius quaſi ſpecies ęris cãdẽtis, & vox ſermo I
nũ eius vt vox multitudinis. Per faciẽ angeli intelligitur gloria angelica, per oculos eorum perſpicacitas in
cognoſcendo, p brachia quaſi ęris fortitudo in operando, per vocẽ efficacitas ad docendum & terrendum
& demulcendũ. Et ſequitur paululum infra. Cũ loqueretur mihi huiuſmodi verbis deieci vultum meum
ad terrã, & tacui. Et ecce manus, &c. Ita Daniel ex ſemel conſpecta viſione angelica, vſq; a deo emarcu
it & elanguit, vt tactus ſemel ſecũdo & tertio, & multis confortatus ſermonib9, vix cõualuerit & auda
ciã preſumpſerit colloquendi angelũ. Ita ꝙ cum feminę vultus deijcerent cũ timore / tũ & feminea verecũ
Num. 17. dia: aiunt ad illas angeli / dulci colloquio ſubleuantes animos earum metu depreſſos, Quid quęritis vi
Eſai. 53. uentem cum mortuis, virgam quę iam germinauit inter aridas: de anguſtia & iuditio (in quo cauſa eius
Figura. velut impij iudicata eſt. Iob. 36.) ſublatus eſt per gloriam reſurrectionis, qui abſciſſus fuerat de terra viuẽ K
Leui. 14. tium per mortem, dicentibus iudęis. Eradamus eum de terra viuentium. Hiere. 11. Ne igitur requiratis pa
Actu. 2. ſſerem inter vita functos. Cuius pedes tincti ſunt in ſanguine alterius paſſerculi immolati, quia viu9 auo
Figura. lauit in deſertum Eccleſię. Et. n. iuxta apoſtolum petrum ſolutis inferni doloribus, iam reſurrexit, quia
Matth. 21 impoſibile erat, ibi eum diutius detineri ꝙ triduum: volens. n. nolens. Cetus iuſſione dei voratũ euomu
it Ionam. Non eſt igitur hic, ſed ſurrexit, poſt ꝙ morte ſua fortis ſamſon inſanabilem plagam intulit hoſ
tibus deiecto templo eorum, ablato ab eis regno, & vinea alijs locata colonis. Iudi. 16. Recordamini ver
borum eius, quę toties inculcauit & ſugeſſit memorię veſtrę: dicens, oportet filium hominis multa pati:
& tradi in manus peccatorum, & crucifigi, & die tertia reſurgere. Quod autem dicit Recordamini, perin
de valet. Nõ mœror non iuxta ſcientiam / qui iuxta apoſtolum non raro mortem operatur (2. Cor. 7.)
induxit vobis obliuionem omnium quę predixit dominus chriſtus: Nunquid in altero verum predixit, &
in altero vos fefellit: ſed veritas mẽtiri neſcit. Predixit ſe reſurrecturum. Verũ ꝙ opere exhibitum eſt, itaq;
feminę meliore concepta ſpe, Euaneſcentibus angelis, ad ſeſe reuerſę, recordatę ſunt verborum domini
Ieſu, qui

El Colegio de Jalisco

Ieſu,quibus toties apoſtolis dixerat:tertia die a morte reſurget, reſumpto ꝗ ſpiritu . Exeuntes fugerunt
e monumento,quia inuaſerat eas tremor & pauor. Vnde: partim ex inſolito gaudio atque capte,& reſti-
tute in locum ſuum poſt menſes.7 p.ꝶ 6.partim ex nouo ſpectaculo angelorum in forma humana.Perte
rrite igitur timore,gaudio velut exaſim paſſe : loqui alicui non valebant,habitu intercluſo.Fuga igitur
conſulentes ſibi abſceſſerunt a monumento , mirantes tamen quid factu . . . ſſet de corpore domini.
Vna autē die ſabbati maria Magdalene venit mane cum ad huc tenebre eſſent ad mo Ioann.20.
numentum, et vidit reuolutum lapidē a monumento. De hoc textu dictum eſt in principio
libri huius. Non enim ſola venit,ſed cum multis alijs:que portabant aromata,& cum ceteris vidit reuo-
lutum lapidem a monumento. Tamen ceteris remanentibus iuxta ſepulchrū hec cui altius inſederat cor-
di(dolor ſublati corporis,vt ipſa opinabatur) quis enim crederet poſt ſubtractam cratem Ade dormien- Geneſ.2.
A ti,rurſus illum excitandū ad vitam? quod certe natura ipſa non fert. Cucurrit & venit ad ſimonem
petrum,& ad alterum diſcipulum quem diligebat Ieſus , & dixit eis . Tulerunt do-
minum de monumento,et neſcimus vbi poſuerunt eum, Duo iſti apoſtoli christi multis lo-
cis Euangelij ſimul leguntur ſumma neceſſitudine aglutinati. Quorum vnus plus diligebat chriſtum,al-
ter plus diligebatur a chriſto,de quibus dicit apoſtolus, ꝙ videbantur eſſe colune eccleſiaſtici edificij ad
Gal.ſecūdo. Duo iſti ſequuti ſunt dnm vſqꝫ in atrium Cayphe,& ſimul aſcenderūt templum ad orationē
Actu.3. Et ſimul miſſi ſūt a ceteris apoſtolis in ſamariam,vt inter ventu eorum/ ſamaritę acciperent ſpi- Ioan.18.
ritum ſanctum, Actu.8. Ad hoc igitur duos reccurrit Magdalena(quorum vni promiſſe fuerāt claues Ec Matth.16
cleſie,alteri commendata a cruce immaculata mater boni paſtoris peruenient ꝙ feſtino curſu/que tamen Ioā.19.
reuera non bonum nuntium apportabat,Cum verba angelorum nuge viſe fuerant. Tulerūt ingens dnm
meū( Actū ē de ſalute nra) et neſcio vbi poſuerunt eū.Bene ergo di . . t Ioānes iuxta tropologiā ꝙ ad huc
B tenebre erāt in corde Marie. Nihil de reſurrectione cogitabat,ſepulchrum vanum videbat, ablatum do-
minum furto ſima fide imo opinione tenebat,de verbis angelorum vt ingenue dicam Nihil curabat. Exi
uit ergo petrus et ille alter diſcipulꝰ quem diligebat Ieſus, & venerunt ad monumē
tū. Currebāt ergo duo ſimul,et ille alter diſcipulus precucurrit citius petro. & venit
prior ad monumentum,& cum ſe inclinaſſet, vidit linteamina poſita,nō tamen intro
iuit. Curſus quidem iſte amoris eſt:de quo dicitur,ſurgam & circum ibo ciuitatem,& queram quem di- Cant.2.
ligit anima mea. Circumitus iſte iuxta Hiſtoriam/filiorum iſrael fuit annis.40.in deſerto,quia dimiſerūt Auguſti.
quem tenuerant . Queritur iten deus in lectulo contemplationis,queretur & inter creaturas: & inter mor Actu.17.
tuos:& nuſꝙ inuenitur,quia iuxta Auguſtinum cū ſit intus,foris querimus,in ipſo .n. mouemur & ſu-
mus, Currebant igitur duo iſti dilecti & electi,audito ex ore vnius fœminæ,tulerunt dominum meum, Iudi.26.
tamen extra viam currebant:quos & ipſos tenuis admodū fouebat ſpes reſurrectionis dominice,nihil mi
nus.n.credebant/ꝙ ſemel attonſos cincinos Sāſonis rurſus cum priſtina fortitudine ſuppullulaturos. Ta-
men currebāt,vt vel vacuum viderēt ſepulchrū. Currebant ſimul ſed Ioannes, & iunior, & alis ſuffultus Gene.33.
C virginitatis ante vertit petrum in curſu. Petrus enim ſicut Iacob alter qui vxores quattuor ducebat, libe- Ioān.21.
ros.12.oues fetas. &c,ſequebatur paulatim veſtigia paruulorum & ouium fetarum. Hoc iuxta myſteriū
dicimus. Nam alioqui petrus velocior erat in curſu(iuxta illud,cum audiſſet,dominus eſt,miſit ſe in mare
&c)qui dominum chriſtum intentius diligebat etiam plus ꝙ Ioannes. Sicut autem Ioannes petrū incur- Iob.39.
ſu ante vertit, ita in volatu ceteros Euangeliſtas , iuxta illud , facies aquile de ſuper ipſorum quattuor.
Ezech.pri. Ad preceptum.n.dei eleuata eſt aquila hec,& in arduis poſuit nidum ſuum,nempe in ſinu xpi
currebant igitur duo pegaſo ipſo velociores, vel etiam ipſo aſahele curſore velociſſimo(2.ꝶ 2.) venit tū
Ioannes prior,& inclinauit ſe cōſiſtens foris,vt videret ſepulchrū/ nū vacuū eſſet a corpe vt fide greca ſci
ret nū vera retuliſſet Magdalena/de ſublato corpore. Vidit igitur/ corpus quidē ad eſſe nullū ſed pelles he
dorū. Gene.27. Caprarū.p ꝶ.19.& colubri neſcio cuius exuuia,qui ex virga factus fuerat. Exo.4. Venit
igitur & ſimō petrus:qui ſicut tardior fuerat in percurrēda via. Ita in perueſtigādo cōditorio audatior Nō
.n.ſuffecit illi proſpexiſſe,ſed etiā ingreſſus ē,nec cūctabūdus. Tūc ingreſſus eſt & Ioannes:qui ſiue cedēs
D grati Petri,ingredi non preſumpſerat. Vnde dicit Ioannes. Venit ergo ſimon petrus ſequens eū
& introiuit in monumentum,& vidit linteamina poſita, & ſudarium quod fuerat ſu-
per caput eius, non cum linteaminibus poſitum : ſed ſeparatim inuolutū in vnum lo
cum. Tunc ergo introiuit & ille diſcipulus qui venit prior ad monumentum,et vidit
et credidit. Non dum.n.ſciebat ſcripturam, quod oportebat eum a mortuis reſurgere
Lucas. Petrus aūt ſurgens cucurrit ad monumētū, & procūbens, vidit linteamina ſola poſita,& abijt ad
mirās apud ſe. Vnde illud, pater vero rē tacitus conſiderabat. Gene. Cap.37. Cū igitur linteamina aroma
tibꝰ multis oblita quibus corpus obuolutū fuerat / in ſepulchro relicta eſſent:ſudariū autem capitis ſeparā
tim poſitum, facile liquebat/corpus domini non eſſe furto ſublatum nec a furibus,nec a Iudeis/nec a diſci-
pulis,qui reuera corpus vt erat conditum iuxta morem auitū obduxiſſent cū linteaminibus & aromati-
E bus,ne deprehenſi in furto & ſepulchri obſignati effractione, de vita periclitarentur. Nam reuera multū
ocij neceſſarium erat, ad detrahenda corpori linteamina:que quouis viſco tenacius inherebant corpori,
centum Myrrhe & Aloes libris peruncto. Itaqꝫ ingreſſus Ioannes conditorium,& videns corporis exu-
uias ſic detractas corpori,& ſeparatim poſitas,vt non a predonibus per tumultum, ſed per ſummum o
cium factum videretur (angelicis.n. manibus hec facta ſunt ) vidit, & credidit. Vidit linteamina,& ſepul
chrum vacuum,credidit autem, verum dixiſſe Mariam Magdalene,ſublatum videlicet eſſe furto corpus Figura.
domini Ieſu. Nam eum reſurrexiſſe nec ſomniauerat quidem. Quis enim crederet reuocaturum dominum Gene.22.



Fondo Reservado de EL COLEGIO de JALISCO

Figura. preceptum illud quo dixerat Abrae: offer mihi vnigenitum tuum/ſuper vnum montium, cum iam colli-
Genes.22. gaſſet illum ſuperſtrue lignorum, & ſuſtuliſſet gladium: filio interim obmuteſcente velut agnus qui por
tatus ad victimam, vel cum tondetur. Sed quare Ioannes de miſterio reſurrectionis (de quo toties audie-
rat ex ore domini) non cogitabat? Quia nõ dũ ſciebat ſcripturã, ꝙ oportebat eũ a mortuis reſurgere. V ſi
Hiere.ii. dicit hoc ſcriptura? Mat... Sicut fuit Ionas in ventre Ceti tribus diebus &c. Auguſtinus. Cur tam an
Auguſti. guſtus & validus diuine potentie eſtimator es, vt diſperſum vnius cuiuſ ꝙ carnis puluerem in ſuam ra-
tionem colligi & reparari non poſſe credas: cum videas ꝙ etiam mortalium ingenium diuerſas in profũ-
dis terre metallorum venas rimetur. Et artificis oculus videt argentum, in quo imperitus terrã putat. Et
cum auri eſſe propriam venam, & ceterorum metallorum ſingulas longe diſpares ab inuicẽ mortale de- F
prehendat ingenium, diuina virtus inuenire poſſe ac diſcernere non putabitur vnius cuiuſ ꝙ carnis pro-
priũ ſenſum, Etiam ſi videatur diſperſus. Nam nõ ſolum iuxta Ezechielem ſingula oſſa acceſſerunt ad iũ
Cap.37. cturas ſuas, quin nullius hominis os aliquod ſiue magnum ſiue paruum/ad corp⁹ alienum adiuctum eſt
Figura. ſed ex proprijs oſſibus ſingula cadauera conſtituta ſunt. Itaq; fit: vt vniuſcuiuſ ꝙ anime non confuſum
aut extraneum corpus ſed ſuum quod prius habuit reparetur, vt conſequenter poſſit pro agonibus preſen
tis vite cum anima ſua/caro vel pudica coronari vel pecatrix puniri. Non eſt igitur mirum, ſi tenuiſſimũ
puluerem cum deus vult in hominem format, qui ex tenuiſſimis ſeminibus immenſa arbuſta reintegrat.
O alto enim rerum omniũ opifice cuncta mirabiliter ordinante: & in mollitie ſeminis) latet aſperitas cor
ticis & fortitudo roboris, & vbertas fructus, & in puluere de limo eſt in potentia obediẽtiali qua deus po
tes facere ex quo libet quodcunq; vt ex limo hominem, ex crate feminam ex virga ſerpentẽ, ex aqua aues G
& piſces. Sed Ioannes non ſciebat ſcripturam/ꝙ oportebat dominũ a mortuis reſurgere (ſciebat autẽ retia
Exo.4. ſua reficere, manu & arte cibũ querere) ideo viſo ſepulchro vacuo, & linteaminibus per otiũ complicatis
Credit furto ablatum dominum, iuxta aſſertionem Marie Magdalene. Quid autem petrus crediderit Io-
annes non explicat: ſuam aptitiam tantum explicat.

Caput iij. Maria perſtat ad monumentũ plorans videt duos Angelos videt Ieſum ſtantem, hortulanum credit, donec vocatur nomine ſuo vi delicet Maria vult complecti dominum, audit noli me tangere. Rurſus dominus occurrit mulieribus reuertentibus a monumento: & dixit eis Auete. Et tenuerũt pedes eius: & adorauerunt eum. Quidam ex custo dibus nuntiauerunt principibus omnia que facta fuerãt qui pecuniã co piosam obtinuerunt ab eis vt dicerẽt: nobis dormiẽtibus furati ſunt eũ diſcipuli. H

ABierunt ergo iterum ad ſemetipſos diſcipuli. Hoc eſt regreſſi ſũt ad do-
nũ/vnde profecti venerãt ad monumentũ. Non enim tutũ putabãt apud ſepulchrũ
diutius immorari, ne imponeretur eis calũnia, quaſi ipſi fuiſſẽt effractores ſepulchri
magnũ piaculũ apud omnes Gentes. Maria aũt ſtabat ad monumentũ foris
plorans. Dũ ergo fleret, inclinauit ſe, et pſpexit in monumentũ &
vidit duos angelos in albis ſedentes, vnũ ad caput et alterum ad pe
des vbi poſitum fuerat corpus Ieſu. Recedentibus igitur cunctis: ſola Ma I
ria non receſſit, que vere amore languebat. Fortis autem dilectio ipſa morte fortior
eſt, dicente paulo, ſcio ꝙ nec mors ipſa poterit nos ſeparare a charitate chriſti Ieſu.
Canti.2. Hec igitur dilectio que ardebat (charitas enim Ignis eſt, & deus charitas eſt) in Maria illam apud monu
Rom.8. mentum tenebat. Vnde illud, puer non comparet, Ego quo ibo? Geneſ.37. Hieronym⁹. Iupiter Rex ter
Hierony. renus qui & Rex Celorum dictus eſt, pro ſingulari ſtrenuitate corporis, & incomparabili mentis elegã
Iupiter. tia poſt Europam mugire coactus eſt. Et quem bonitas ſuper Celos extulit, femina brutis comparauit.
Mars qui deus bellantium dici meruit, triumphorum familiari frequentia: nihil ſibi metuens, a Vulcano li
Mars. gatur cum venere inuiſibilibus quidem catenis ſenſibilibus tamen ad riſum videlicet celeſtis curie. Phe-
bus qui ſapientie ſue radijs, totius orbis depulit tenebras, vt merito ſolis nomine ſolus illuſtraretur, infa-
Phebus. tuatur tamen amore Leu Cothes, ſibi ad ignominiam / ad interitum, & Eclyptica diu viciſſitudine va-
rius factus eſt frequenter ſui luminis expers (& ſi non eatenus vt Luna) quo totus vniuerſaliter egebat
mundus. Require inſanientem Salomonem, Herculem & Amonem (vndas numero) & intelliges vim a K
Gene.34. moris ſiue infamis, qualis ſichem filij Emor, ſiue caſtiſſimi, quo factum eſt vt Maria ſtaret ſola ad mo-
numentum, primo mane, & ploraret. Amor eam ſiſtebat, dolor ad lachrimas cogebat. ſtabat: oculos ſuos
ſicut altera Anna quoquo verſus circunducens, ſi forte videret quem querebat. Tobia.11. Dolor autem
Origenes. eius renouatus fuerat, quia quem lamẽtabatur vita functum, nunc dolet ſublatum. Et hic dolor multo in
Hiere.30. tenſior: quia deſperabilis facta fuerat plaga eius. Erat enim qualis qualis conſolatio habere vel mortuũ.
Metuebat autem, ne amor magiſtri ſui in pectore ſuo frigeſceret, ſi corpus eius non inueniret, quo viſo re
caleſceret, ſicut diximus alias de Antiocho ſeleuci filio. Ioann.2. Venerat igitur Maria Magdalena vt cor-
pus dominicum vngeret, que prius vnxerat pedes, ſed ecce labor vngendi periit, ſed dolor lugendi creuit.
Quid autem hec mulier agere poterat, niſi lamentari, que intolerabilem ſuſtinebat dolorem, & nullum
habebat conſolatorem. Petrus & Ioannes columne Eccleſie reuerſi ſunt ad domum, non inuento corpo
re, hec

Fondo reservado de EL COLEGIO de JALISCO

re hęc aũt ſtabat foris plorans & quaſi deſperãdo ſperãs, et ſperando pſeuerãs, Ille timẽtes recedũt. Maria
aũt nihil timebat, quia nihil ſuſpicabatur ſuper eſſe ſibi quod timere deberet. Perdiderat vitã animę ſuę, &
iã ſibi melius fore arbitrabatur mori / ꝙ viuere omni bono ſuo deſtitutam, quia forſam inueniret moriẽs,
quem inuenire non poterat viuens? ſine quo ipſam viuere non volebat. Quę dicere poterat, viuo iam nõ  Gala. 2.
ego. Facta igitur erat inſenſibilis, & neq; ibi erat vbi erat, quia tota erat vbi magiſter ſuus erat, de quo ta
men vbi eſſet neſciebat. Ita ꝙ dum fleret: inclinauit ſe & vidit duos angelos iam ſemel viderat ſepulchrũ
vacuum, forte & ſepties, & nunc iterum inclinat ſe. Ruben non inuento puero, non ſemel reuertitur ad pu
teum dicens. Quo ibo? Quo ibo? Ego quo ibo? Vis enim amoris inquit Gregorius diligentiam inquiſitio-  Gregori9
nis ingeminat. Vnde contigit vt eum ſola videret: quę remanſit vt quęreret vidit inquit duos Angelos.  Gene. 39.
A Ecce Maria plus inueniſti, quam quęrebas, mortuum vnum requirebas, & duos reperiſti viuentes ange-
los. Quem quęris o mulier/ lachrymas tuas videtur negligere. Vocas enim & non reſpondet, quęris & non  Luce. 7.
inuenis, pulſas & ludis operas tuas. Olim te diligebat a phariſeo defendebat & officia tua in ſe collata in
munerato habebat dolorem tuũ mulcebat, cum peccata donabat, Et nunc poſt tot amoris ſymbola quid
peccauit hęc mulier, quę tibi pendenti in cruce aſtitit, & a ſepulchro tuo non recedit? vidit inquit duos an
gelos. O qualem conſolationem, quales conſolatores, Ego dominum requiro, dominum depereo, non an-
gelos non ſeruos, ſed tu o bona peccatrix interrogã angelos ipſos cum ſponſa dicens. Num quem diligit  Cantí. 3.
anima mea vidiſtis? forte enim ipſi qui terunt ſcalam cęli, ipſi venerunt, vt teſtimonium de magiſtro tuo  Gene. 28.
viuente peribeant, ipſi lapidem ſuſtulerunt a monumento, ipſi exuuias ſepulchrales plicuerunt. Et credo
ꝙ ille quem ſublatum lamentaris: miſit illos pro ſe & pro te, vt anuntient reſurrectionem eius, & conſo-
lentur lachrimas tuas. Dicũt ei illi. Mulier quid ploras? Dicit eis. Quia tulerunt dominum
B meũ & neſcio vbi poſuerunt eũ. Dominũ vocat corpus chriſti domini, licet ignoraret ſacramẽtũ
veritatis, ꝙ corpus illud diuinitas nunq; deſeruerit. Ex poſtulabat autem ratio: vt quę tam anxie vitam
animę ſuę ſublatam lamentabatur, angelos rogaret, ſiue angelos crederet, ſiue homines heroas vt, nũ vi-
diſſent quo loco corpus magiſtri ſui tranſlatum eſſet, ſed quia vt predicitur illa vbi erat non erat, & videns
non videbat. Imo viuẽs mortua erat: tota effuſa in lachrymis, *Rogãt eã Angeli, vt cauſã tãti doloris ape*
riat. Quia inquit tulerunt dominũ meũ, *& neſcio vbi poſuerunt eum.* Sed ſi dominum tuum credis, quo-  Iudi. 16.
modo ſublatum arbitraris? verum ideo non inuenis, quia inter mortuos requiris, Iam ſurrexit, & portas ſe
cum ciuitatis verus Samſon abſtulit verum inquit illa, ſi angeli me conſolaturi venerunt, quomodo cau-
ſam doloris mei ignorant? Quęſo autem o angeli dei ex quo iam ſemel cauſam mei doloris audiſtis, vt a-
nuncietis ei, ꝙ amore eius langueo. O mulier quid conſilij/ quid ſpei aut quid cordis erat tibi, vt ſola ſta-  Cantí. 2.
res, Cęteris recedentibus? Tu ante illos veniſti: & cum illis rediſti, & poſt illos remanſiſti. Num ſapie-
bas plus illis, aut diligebas plus illis. Quia non timebas vt illi: ſed audi ſequentia. Hec cum dixiſſet:
C Conuerſa eſt retrorſum, & vidit ieſum ſtantem, non tamen ſciebat ꝙ Ieſus eſt. Dicit
ei Ieſus Mulier quid ploras? Quem quęris? Quod conuertitur retrorſum, forte id fecit, quia vi
dit Angelos qui ſedebant ad caput & pedes ſepulchri/ conſurgere, vt reuerentiam exhiberent venienti do
mino An forte quia Maria non omnino deſponderat animum, & deciderat a ſpe ſua, & proinde oculos
circũ ferebat dicens cum propheta, Leuaui oculos meos in montes: vnde venit auxilium mihi. Conuerſa  ps. 120.
igitur, vidit dominum ſtantem! Neſciebat autem eum. Quomodo autem ſciret, cum nudius tertius mori-
entem vidiſſet, & vita functo latus aperiri, & deinceps ſepulchro condi: & aduolui lapidem magnũ cõ-
torio? Dicit eis Ieſus. Mulier quid ploras? Quem quęris? Dicamus interim cum amico dei, ꝙ ſol9 eſt de  Bernard9
us qui fruſta nunq; requiri poteſt, etiã cum inueniri nõ poteſt. Sed nõ deſideriũ animę ſuę quare rogas eã
cur ploras aut quid quęris? Te ſolum quęrit, quia te ſuper omnia diligit vtrum autem ſuper omnes tu ſo
lus noſti? Et nunc rogas quem quęrit? Dulcis magiſter ad quid quęſo prouocas ſpiritum huius mulieris?
Tota pendet in te manet in te, & anima eius venit in te, quia iuxta Paulum Marie vita chriſtus erat. Nõ  Philip. 1.
enim chriſtus dimidium erat anime huius fęminę, ſicut quidam dixit de amico vita functo. O *dimidiũ* ani  Auguſti.
D mę meę, quia anima iuxta Augu. verius eſt. Vbi amat, ꝙ vbi viuificat. Te igitur quę*rit, te ſuſpirat*: ſed ni
ſi dicas Maria, te non agnoſcit. Sequitur. *I*lla exiſtimans ꝙ holitor eſſet dominus, dixit ei. Do
mine ſi tu ſuſtuliſti eũ: dicito mihi vbi poſuiſti eũ, et ego eũ tollam? Vt.n. beneuolentiam
captares ignoti hominis, holitorem dominum vocat. Honorabat enim *hominem*, a quo beneficium po-
ſtulabat. Sicut & Iacob vt placabilem ſibi faceret *fratrem*, ſicut *inquit vidi* faciem tuam, quaſi viderim  Gene. 33.
vultũ dei. Vide Eſter. Cap. 15 Itaq; Maria dicẽs, *domine ſi tu ſuſtuliſti eum*, blandiens loquuta eſt, vt ho
litorem attraheret ad reddendum corpus, ſi forte timens in ſanum *furorem* Iudeorum: id alio tranſtuliſſet
ne ſęuiret in eum/ qui corpus ad crucem adiudicati ſuo ſepeliſſet in hortulo. Si tu inquit ſuſtuliſti eum. o
eum, o quem eum. Quid autem hęc mulier intelligat, dicens eum: ſentiri vtcunq; poteſt, explicari nõ po
teſt. Si enim dicas vitam meam, animam, deſiderium, theſaurum meum & id genus multa, minus dicis,
nec explicas intentionem dicentis, ſi ſuſtuliſti eum. Ioſeph timuit, nec auſus eſt tollere corpus e cruce, niſi
E exorato iudice. Maria Pilatum non timet. ſimpliciter promittit, Ego eum tollam. Pone corpus eſſe in a-
trio principis ſacerdotum, in quo Petrus tertio negauit, quod factura es? Ego eum tollam. Hieronymus.  Hierony.
Ignorans imbecillitatem fęmineam, tantarũ ſe virium repromittit & credit, vt corpus viri perfectę eta-
tis, quod vt cętera taceam centum libris Myrrhe circũ litum erat: exiſtimabat ab vna & pauida muliere  Philip. 4.
poſſe portari. Sed diceret illa cum Paulo, omnia poſſum in eo qui me confortat. Sed pone illam inueniſſe
quod quęrebat/ corpus videlicet domini ſui, quo eum delatura erat locorum: quid de corpore inuento fa-
ctura erat: forſitan ſepulchro altero conderet & cum illo vitam ſuam/ dicens: in pace in id ipſum dormiã

  ps. 4.

Fondo Reservado de EL COLEGIO de JALISCO

Canti.p̃. p̃s.4. Si inquit tu ſuſtuliſti eum,non exprimens nomen vitę ſuę,quia palam omnibus eſſe credidit,quod
a ſuo corde nec ad momentum recedere poterat , iuxta illud,inter vbera mea commorabitur.Vide autem
quanta ignorantia erat in fęmina,quanta turbatio.Quem cuſtodiebat manus militum cuius ſepulcro an
geli prędidebant,ab vno h[illegible]ore arbitratur ablatum.Sed amor Cęcus & impatiens illud habet propri-
um vt quę deſiderat,ſemper inuenire ſe credat.Ignorat iudicium, ratione multoties caret, modum neſcit,
nec aliud cogitare poteſt,quam quod diligit.Amor non capit de impoſſibilitate ſolatium , neq; ex diffi-
Amor. cultate remedium Sicut immaculata virgo licet iam in ſpiritu eſſet,tamen dum in carne vixit,carneis mo
uebatur ſenſibus.Ideo ſępe locorum recreabatur viſitationibus & quem genuerat mentis complectieba-
tur amplexibus.Amor chriſti in ea deſiderium pariebat,deſiderium vero gliſcens quaſi nouis reparabatur
ardoribus:in tantum vt credam,q̃ omnia & ſeipſam tranſcēdebat,quia omnino amor impatiens quod a
mat non poteſt non videre.Que cum ita ſint,mirabile eſt,quomodo ipſi Iacob anni ſeptem videbantur
Geneſ.29. dies pauci:cum ſic amanti/dies ſinguli anni videri debuiſſent propter abſentiā dilectę ſuę.Sed iacob illud F
Rom.8, potius cogitabat,q̃ non ſūt condignę paſſiones huius temporis ad futuram gloriam, ideo Iacob liben-
Figura. ter ſubijt laborem ſeptem annorū pro vna & indotata fęmina,videlicet primi amoris magnitudine quo
Geneſ.29. ferebatur in eam,quam ſemel(flentem tamen) oſculatus fuerat.Vnde iuxta Plutarchum.Non male diffi-
Plutar. nierunt philoſophi,qui dixerunt:amorem miniſtrum eſſe deorum,ad curam & ad conſeruationem iuue-
num hominibus exhibitum.Et ſicut quidam dixit,amantis anima in alieno corpore viuit:id maxime ve-
Plato. rum eſt de hac fęmina cuius anima in corpore Chriſti viuebat : mortuo licet, vt ipſa credebat, ideoq; cū
corpus quęrebat Chriſti:vitam ſuam quęrebat neſciens.Ita plato de amico facete iocans , amicus eit in-
A.gellius quit,ſuo quidem in corpore moriens.In alieno autem viuens.Refert.Aulus Gelius.Lib.7.Cap.8, de Del
phino mirabile quiddam.Et ſunt verba Appionis.Vidimus nos apud Puteolos Delphinum amantem G
mite puerum , Inclamatum a puero acciri . Qui etiam ad natans, dorſo puerum admittebat , ita vt pinę
aculeos veluti vagina conderet , ne dilectum ſibi corpus laceraret,receptum q; equitis modo inſidentem
per magnum ęquor per ducenta ſtadia deferret.Roma igitur omnis q; Italia confluebat, vt piſcem amo
ris cauſa victorem pueri ſpectaret.Poſtea idem ille puer Delphino amęnus morbo affectus,obijt ſuū di
em . At ille amans vbi ſępe ad littus ſolitum adnauit & puer qui in primo vado aduentum eius opperi-
ri conſueuerat nuſq̃ fuit,deſiderio tabuit,Exanimatus q; eſt,& in littore iacens. Inuētus ab ijs qui rē cog
nouerant,in ſui pueri ſepulchro humatus . Non ergo mireris Mariam languentem abſentia dilecti ſui
vita functi licet, iuxta quod ipſa opinabatur , quia verus amor habet vim tanſformandi vt dicat Ma-
Dani.2. ria,de corpore mortui triduani/nihil perterrita,Ego eum tollam, Dicit ei Ieſus, Maria Conuer-
ſa illa dicit.Rabboni/quod dicitur magiſter.Delectatus igitur dominus tāto deſiderio fęminę
March.10 huius(qui enim perſeuerauerit,ſaluus erit,non iam voce cōmuni mulierē vocat, ſed voce nota & fami
Exo.33, liari,dicens etiā te ipſam noui ex nomine,o Maria hęc vox q̃ primum ſonuit in auribus eius. Exultauit H
ſpiritus Marię:& omne nubilum excuſſit de mente eius.Anima eius lique facta es,vt dilectus loquutus
eſt,Canti.5.Sed ſi Ieſum quęris o Maria,cur pręſentē non agnoſcis & colloquentem?Quia videlicet illa
mortuum quęrebat,& non magis viuum credebat q̃ ſe mortuam.Sed quid eſt quod dicit,conuerſa illa,
dicit Rabboni ! Quod ſyris ſonat mageſter.Iam ſe iterum reflexerat ad angelos,adeo ſubitis affectibus
huc illuc q; impellebatur,& ſibi non conſtabat,Itaq; agnocens preceptorem bonum animę ſuę.& dicens
cum Iacob.iam lęta moriar,quia vidi faciem tuam & ſuperſtitem te relinquo,procidens,voluit oſcula-
Gene.46. ri pedes domini ſui:memor ad huc priſtinę familiaritatis, qua permiſſa eſt & tangere & vngere & oſcu-
lari. Ieſus autem ſciens illam nihil ad huc ſublimius de ſe cogitare,quam q̃ ſynceriter & flagranter ama-
retur a contactu corporis ſui eam prohibuit,dicens, Noli me tangere.Non dum enim aſcendi ad
patrem meum. Vade autem ad fratres meos,& dic eis.Aſcendo ad patrē meū et pa- I
Theophy trē veſtrū,deū meū & deū veſtrū.Theophyl.Vides quantam ſententiā breuiter loquutus eſt Euā
geliſta. Ruerat Maria non ad tangendum pedes ſed ad complexum vterq; enim ſtabat . Dixit dominus
Ne tangas.Deinde quaſi interrogaſſet quiſpiam? Quare, Inquit eo q̃ non iam tale mihi corpus eſt,qua-
le cum in terra verſater,ſed quale in Cęlo & ſurſum, Et de inde quaſi iterum ſub inferret . Quare igitur
num in terram ambulans, ſi tale habes corpus?Non dum enim inquit aſcendi ad patrem meum,aſcenſu-
rus aūt ſum poſt dies 40.Ita q̃ noli me tāgere:Nō enim vltra res ſe habet vt olim, neq; ſimiliter vobiſcū
conuerſari volo,Nā q̃ vis nec verbis hoc dixerit,ſic tamē intelligit et porro apoſtolis omnibus dixit.Pal
pate & videte.Luc.24.Et Thomę aliquid ad huc maius permittit:vt videlicet manu ſua perſcrutetur vul
nus lateris vnde fluxerunt duo fontes illi quibus paſcimur & regeneramur,ſed & de fęminis cęteris ſcriptū
Ioann.20. eſt, q̃ tenuerint pedes eius.Matth.28.inter quas erat ipſa Maria Magdalena ſicut dicit Auguſtinus. Sed
Auguſti. hęc mulier premere volebat dominum cum turba,non autē tangere: ſicut dictum eſt.Luc.8. Emorrhoy
ſa.Multa enim turba eum premente,de vna tamen fęmina dictum eſt:tetigit me aliquis.Ille autem vere K
chriſtum tangit,qui hominem videns, deum credit & hominem.Mulier igitur iſta vnum & idem tange
bat ignorans penitus ſacramētū reſurrectionis/ quo factū erat,vt corpus Chriſti quid ſeminatus fuerat co
rruptibile(potentia non actu)ignobile,infirmū & animale reſurrexerit incorruptibile glorioſum,potens
P.Cor.15. & ſpirituale.Et hi ſunt equi quatuor currus illius ſecundi/quam aſcendit noſter Ioſeph,quando primum
Geneſ.41 vocatus eſt ſaluator mūdi voce preconis:precepto regis,Vide.4,re.Cap.2,Ignara igitur Maria ſacramē
Hieroni. tū huius tangere volebat,ſed noli me tangere Hieronymus.Non mereris tangere reſurgentē, quē mortu
Faber. um exiſtimas in ſepulchro,& iuxta opinionem tuam non dum aſcendi ad gloriam patris. Faber ita legit
hunc textum .Noli me tangere(Non dum aſcendi ad patrēm meum)ſed vade dic fratribus meis / aſcendo
ad patrem

El Colegio de Jalisco

ad patrẽm meum & patrem veſtrum. Non dum enim aſcendi, Quia enim dixerat ſępe, vado ad patrem,
vado ad eum qui miſit me:ne putarent, id iam eſſe completum, vade inquit ad fratres meos etcętera. Au Ioan.16.
guſtinus. Noli quod vides/hoc in me credere tantum, ne et hic remaneat aſpectus tuus quaſi tactus tuus. Auguſti.
Diſtulit autem tactum non abſtulit: non repulit, non negauit. Vade autem ad fratres meos. &c. Conten-
ta eſto ad preſens viſione & loquela, omnia tempus habent, venturum eſt tempus quo frueris concupitis
amplexibus Rachelis, quando dices, tenui eum, nec dimittam, donec introducam in domum matris meę
& ipſe ſponſus ordinata charitate introducat me in cellam vinariam. Canti.2. cuius nunc ſolo odore atta- Can.8.
ctam & reſperſam dimittit cum mandatis, dicens, dic fratribus meis: aſcẽdo ad patrẽm, &c. Dicite inquit
A fratribus meis. Videte qualem charitatem dedit nobis pater, vt filij dei nominemur & ſimus, Si filij dei, Er
go & fratres domini noſtri Ieſu Chriſti. Rectorem te poſuerunt. Eſto in medio eorum ſicut vnus ex ip- p̄. Ioan.3.
ſis Et illud. Eccleſiaſtes. Caput.10. ſi ſpiritus poteſtatẽ habentis aſcenderit ſuper te, locum tuum ne dimiſe Eccle.32.
ris. Hieronimus. Si aliquando in ſeculo (maior in populis) acceperis dignitatem, noli relinquere opera, et Hierony.
antiquarum virtutum ne incipias obliuiſci quia peccatorum tuorum remedium ex conuerſatione bona p̄uerbiũ.
naſcitur, & non extumenti & ſuperflua dignitate. In eadem enim es naui. Vnde illud Tullij. Hoc miror Tullius.
queror q;: quenq̄ hominum ita velle peſſum dare alterum, vt etiam nauim perforet, In qua & ipſe naui-
get. Fratres ſumus omnes lege naturę: & lege Euangelica, qua omnibꝰ ex ęquo conceditur, deum patrem
vocare, imo iuxta apoſtolum patrem, patrem. Et mulieres exierunt cito de monumento cum Gal.4.
timore & gaudio magno, currentes nuntiare diſcipulis ſuis. Matth.28. Hieronymus. Du- Hierony.
plex autem mentes mulieres tenebat affectio timoris & gaudij, & altera de miraculi magnitudine altera
ex diſiderio reſurgentis, & tamen vtraq; fęmineum concitabat gradum, vnde dicit, currentes nunciare,
B Currebant forte per viam compendij (quod eſt mirabile in tam honeſtis fęminis). Nõ enim mortem Ab 2.Re.18.
ſalonis/ ſed vitam omnium reſurrexiſſe anuntiaturę erant. Sedebat autem interim immaculata domi, di
cens ad amicas ſuas, Non vocetis mę Noemi, quia amaritudine repleuit me dominus. Et licet impatientis Ruth.p̄.
animi ſit, breuiſſima expectatione torqueri, tres autem dies mortis Chriſti & hi per ſynedochen ſatis bre- puerb.13.
ue tempus fuerit: tamen vere ſpes quę differtur affligit animam, et maxime illius quę toto illo triduo trãſ
fixa erat gladio doloris. Quid ſi Maria Magdalenę inuentum corpus Chriſti (mortuum licet) arctiſſimis
amplecteretur complexibus, quanto magis mater eius viuentem lętiſſima exciperet: hos igitur lętiſſimos
& bene ominatos rumores nuntiaturę fęminę & immaculatę & apoſtolis, non mirum ſi feſtinant nec lẽ
te. Et arbitror ꝙ non omnes ſimul peruenerunt, ſed ſicut ſcriptum eſt de petro & Ioanne, currebant multę
ſimul, ſed iuniores ante verterunt cęteras in curſu vt Euangelium & ſtrenas cęteris anteuerterent. Hic 4.Re.7.
enim dies boni nuncij eſt. Vnde ſequitur Ecce Ieſus occurrit illis dicens auete. Ille autem acceſ
ſerunt & tenuerunt pedes eius: & adorauerunt eum. Quia igitur adorauerunt viuentem in
C ſęcula: permiſſe ſunt & tangere: & oſculari pedes illos, qui nudius tertius confixi erant clauo non paruę
magnitudinis. Tu igitur ſi tenueris pedes domini Ieſu, tene quod habes: vt nemo precipiat coronam tu-
am. Apoc.3. Tene vinculis charitatis Angelum magni conſilij, dicens. Non dimittam te, niſi benedixe- Genes.32.
ris mihi. Tunc ait illis Ieſus. Nolite timere, ite nuntiate fratribus meis: vt eam in Ga-
lilęam ibi me videbunt. Ita iuxta apoſtolum vbi abundauit delictum, ſuper abundauit plenitudo
gratię. Rom.5. A muliere enim ad virum dimanauit peccatum. Dedit enim Eua viro ſuo de fructu ligni
ſciẽtię boni & mali, & comedit. Nunc igitur femine iſtę Euangeliſtę ſiunt, nuntiantes Ecleſię dominum Genes.3.
viuere, & porrigentes eis de ligno vitę. Que cum abijſſent, ecce quidam de cuſtodibus vene
runt in ciuitatem: et nuntiauerunt principibus ſacerdotum: omnia quę facta fuerant.
Et congregati cũ ſenioribus, conſilio accepto, pecuniã copioſam dederũt militibus
dicentes dicite. Diſcipuli eius nocte venerunt, & furati ſunt eum nobis dormienti- Matth.28.
bus. Et ſi hoc auditum fuerit a pręſide, nos perſuadebimus ei vel placabimus eum
D pitnomen, & ſecuros vos faciemus. Tu autem candide & chriſtiane lector cum audieris congre Apoc.2.
gari & coadunari in concilio ſacerdotes cum ſenioribus populi in ſynagoga quę dicitur Satanę, fortepu
tabis eos/ iam ex inſanis ac freneticis/ ad ſanam tandem mentem redijſſe, & vt eſt ſapientis mutare conſi
lium, quia iuxta prouerbium/ nemo mortalium ſapit omnibus horis, auditis aure attentiſſima his quę a
cuſtodibus referebantur (Malum omen reuera) dixiſſe tandem, vero durum eſt contra ſtimulum calces,
melius eſt ſero ſapere ꝗ nunꝗ, ſero recurrere, ꝗ male currere. Ecce omnis labor noſter perit / & impenſa
cuſtodibus, credamus vel mortuo & reſurgenti, qui viuenti ſemper rebelles extitimus. Abſit autem vt ta Hierony.
le quippiam vel cogitauerint. Quippe qui dati erant iam in reprobam mentem. Ro. primo. Quid ergo
Accepta pecunia copioſa. &c. Hieronymus. Qui Paulo ante triginta argenteos dederant Iudę! nunc
multa ſumma pecunię que ad vſus templi data fuerat mercantur mendacium, & fit nouiſſimus error peior
priore, Nã primam pecuniam qui accceperat, reſtituit, & confeſſus eſt peccatum ſuum. De hac autem da
E ta cuſtodibus nihil tale legimus, & ad huc perſeuerat apud iudęos mendacium hoc famoſum, quod reuera
confinxit cum conſilio totius Sinagogę is qui eſt pater mendatij. Quod ſi furto ſublatus eſt, quomodo pro
mortuo apoſtoli ibant gaudentes ad mortem? Quis enim pro tam inſigni mendatio mortem oppetat?
Nam pro iuſto quis forſitam audeat mori. Origenes. Et qui legebat in lege/ non falſum teſtimonium di-
ces, acceptis templi pecunia/ milites ad falſum teſtimonium inuitabant. Vt milites quidem falſum teſti-
monium dicant propter auaritiam periculis ſe ſubdentes. Non timentes Romanam legem repetundarũ Ioann.8.
ſi furatum eſſet corpus Ieſu: preſidem aũt placarent & ei ſuaderent tantis pecunijs quantis poterat pręſes Rom.5.
placari, ſiue precibus/ volentes eruere eos de periculis. Tamen milites aduerſus ſe ipſos teſtimonium pre Origenes

 buerunt

Fondo Reservado de EL COLEGIO de JALISCO

prebuerunt dicentes contra diſciplinam militarem, obdormiſſe ſe tãto ſomno (quomodo autem ex tot nu
meris / nec vel vnus vigilabat ? ) vt diſcipuli auſi eſſent venire: ( ſed qui dormiebant quomodo viderunt
ſed Argi erant vel pauci) ſimul & multi, confidentes quoniã milites dormiunt ac ſtertunt in vtrãq; autem
& iuxta prouerbium dormiunt Endymionis ſomnũ & ſic furarentur corpus Ieſu. Tantum igitur creuit
duritia eorum, vt nec cuſtodibus nunciantibus crederent. Sed ſi diſcipuli furati ſunt eũ mortuum quieſcat
Auguſti. vox eorum a ploratu, vbicunq; enim deferatur, mortuus eſt. Ad hęc Auguſtinus: ſuper. pſ. 56. O quanta
cęcitas in falſis teſtibus fratres quanta cęcitas, vbi non de aſini vmbra diſceptatur, ſed de prora ac puppi
& Baſi fidei noſtrę. Solent enim hoc pati falſi teſtes, vt cęci fiant, & contra ſe dicant neſcientes, vnde
appareat, ꝙ falſo teſtificantur. Quid enim illi contra ſe dixerunt? Cum dormirem? furati ſunt eum. Quid
eſt hoc? Quis eſt qui dixit teſtimoniũ? Qui dormiebat vino ſomnio q; ſepultus. Ego autem dicã, Si vigila
bas, quare permiſiſti? ſi dormiebas, vnde ſciſti? ſed pięc iſtę non quę viderunt, ſed quę edoctę ſunt cecine
runt. Tales autem erant Cęci Iudęi, vt crederent dicto omnino incredibili, teſtibus videlicet dormiẽtibus F
Sed muneribus vel dq capiuntur. Omnium enim dulciſſimũ eſt accipere teſte Seneca. Sic igitur vno mẽda
tio alterũ fulcire conati ſunt, ſimul apoſtolos inſimulantes tanq; reos Leſę maieſtatis. Damus inquiunt
vobis quantum vultis pecunię (Ita dicit Auguſtinus) & dicite, ꝙ cum dormiretis, ecce primum menda-
tium, venerunt ſui, & furati ſũt eũm. Ecce ſecundum. Iſti pecunię templi compilatores, apoſtolos furti in
ſimulant, vt merito dicatur eis, quod. M. cato dixit in oratione quadam Fures priuatorum furtorum
M. Cato in neruo atq; compedibus ętatem agunt, fures publici in auro atq; in purpura. A. Gell. ſed meminiſſe de
bemus. furtum ſine vlla quoq; attrectatione fieri poſſe, ſola mente atq; animo vt furtum fiat annitente.
Sane apud Aethiopes in aureas compedes conijciũtur in furto deprehẽſi, vt per quę quis peccat, & puni-
atur. Sed ad rem. Iuxta quod dicit plinius, Nullum tam impudens mendatium eſt: vt teſte careat. Sed in cę
Plinius. teris mendatijs aſtruendis teſtes adducuntur mendaces quidem, ſed tamen vigilantes: hic autem (quod no G
bis nouũ omnino videtur, & ſuper omnem fidem humanam) teſtes multis quidem, ſed mendaces & dor-
mientes: & qui reuera patiebantur ſynanchem. Sed pecunię obediunt omnia. Ita conqueſtus eſt quidam
Ecle. 10. ad amicos, ſe ex Aſia, 30. milibus ſagittariorum pelli a Rege. Perſicus enim numus ſagittarium inciſum
habet. Itaq; cuſtodes pecunia de mulſi, dormitauerunt, malo malo totius Iudaicę Gentis, ſed in ſani Iudęi
qui dicunt furto ſublatum corpus chriſti de ſepulchro quo furto dicent apoſtolos ſublatos de clauſo carce
re ſic enim habes, Actu. Cap. 5. Carcerem quidem inuenim? clauſum cum omnium diligentia & cuſtodes
Matth. 2. ſtantes ante ianuas, aperientes autem, neminem inuenimus. Ita ꝙ milites qui ſicut non credebant in do-
Apli. minum Chriſtum: Ita nec aliam vitam ſperabant in qua rationem redderẽt de tali mendatio, & ſecuri ſac
Actu. ti apud iudicẽ accepta pecunia. Fecerunt ſicut erãt edocti. Quoniã iuxta prouerbium, Lupi illos
priores viderant, & ademerant vocẽ ſecuros inquiũt amerim? liberabim? vos inquiunt a bomni ſollicitu
dine, quod plus eſt ꝙ ſecuros vos reddemus, vt merito dixerit ſpiritus ſanctus, pecunię obediunt omnia
Eccleſiaſt. 10. Cap. Et diuulgatum eſt verbum iſtud apud Iudęos vſq; in hodiernum diẽ H
Eſt igitur articulus fidei infideles apud iudęos: dominum chriſtum opera eorum cruci ſuffixũ, mortuum &
ſepultum, ſed furto ablatum e ſepulchro, dormientibus cuſtodibus, Vnde hucuſq; maledictio illa manet
ſuper eos / qua dixerunt, ſanguis eius ſuper nos & ſuper filios noſtros, Matth. Cap. 27.

Caput. iiij. Ieſus prima ſabbati apparuit primo Marię Magdalene. De
qua eiecerat. 7. dęmonia. Quę nũciauit apoſtolis hanc viſionem ſed non
crediderunt licet eſſent ſex vel plures fęminę. Sequitur de duobus eun
tibus in Emaus vſq; ibi, quomodo tradiderunt eum ſummi ſacerdotes
in damnationem mortis.

SVrgens autem Ieſus mane prima Sabbati, apparuit primo Marię I.
Magdalenę, de qua eiecerat ſeptem dęmonia. Et illa videns, nuntia
uit his qui cum ea fuerant / lugentibus & flentibus, ꝙ vidi dominũ
& hęc dixit mihi. Et illi audientes ꝙ viueret, & viſus eſſet ab ea,
non crediderunt. Erant aũt maria Magdalena & Ioanna & Maria
Iacobi & cęterę quę cũ eis erãt. Que dicebãt apoſtolis hęc. De hoc
dicit Gregorius. Hanc quam Lucas Cap. 7. Peccatricẽ mulierem Ioannes Mariam
nominat: illam eſſe credimus, de qua Marcus ſeptem dęmonia eiecta fuiſſe teſta-
Gregorius cur. Et quid per ſeptem dęmones niſi vniuerſa vitia deſignantur? Quia enim omne
tempus ſeptẽ diebus cõprehenditur, recte ſeptęnario numero vniuerſitas figuratur. Septẽ ergo dęmonia
habuit, quę vniuerſis vitijs plena fuit. Diximus autem alias ꝙ Nullibi legimus Mariam ſororem Lazari
vocari Magdalenam, ſed Mariam tantum. Sic igitur Maria Magdalena quę cunq; ſit, ſiue illa peccatrix K
de qua Lucas, ſiue ſoror Lazari (quod non ſuſpicor) illud certe liquet, ꝙ vbi abundauit plenitudo vicio
Rom. 5. rum. Exuberauit & gratię plenitudo. Sicut autem dicit plato, preclara ingenia quẽ admodũ virtutes ma-
ximas, eodẽ pacto vicia quoq; maxima producere ſolent. Id quod licet videri in ſaulo, que fuit blaſphem?
Plato. & talis vt iuxta aſſertionem ipſius / in eo oſtẽderit deus omnẽ patiẽtiã, p̄. Tim. p̄. ſic et in hac beata fęmi
na quę nudi? cerei? dom? erat et ſpelũca legionis integre dęmonũ. Nũc prima omniũ videt excitatũ leo
P. re. 18. nẽ de Tribu Iuda et occurrẽtes cęleſtes virtutes cũ tympanis et ſiſtris, dicẽtes, ſaul pcuſſit mille, Dauid au
2. Cor. 2. tẽ decẽ millia, et abſtulit obpbriũ ex Iſrael. Et quoniã nos exiſtimam? hãc feminã eãdem eſſe cũ illa quę
iuxta Ioannem

EL COLEGIO de JALISCO

iuxta Ioannem ſtabat ad monumētū foris plorans,& illam apparitionē eandē eſſe cum iſta hic ſuper ſede
mus.Venit ergo illa cū cęteris quas refert Marcus, vt nūtiaret bonos rumores( xp̄i et eni et ipę bon⁹ odor
erāt )his qui penelanimos deſponderant,poſt ꝙ viderunt ſepultum dominum,& lapidem obſignatū,apo
ſita publica cuſtodia. Et inuenit eos lugentes, & grauatos animos eorū męſtitudine:quibus certe multus
diffidentię torpor obrepſerat, Adeo exciderat illis quod toties dixerat dominus ſe reſurrecturum tertia die
a morte ſua. Et quidem reſurrectionē xp̄i multę reſurrectiones precęſſeran[illegible]ge et Euangelio,ſed ꝙ ſe
ipſum quis excitauerit nuſꝗ legerant bene vix perſuaſi ſunt,perſuaſi ſunt tamen , verūtamē in preſentia
rum audiētes ꝙ viueret, nihil aliud putabant ſe audire ꝙ mera ſomnia. Non igitur crediderunt , ſed iuxta
Lucam . Viſa ſunt apoſtolis ſicut deliramenta verba hęc,& non crediderunt illis, tum
quia fęminę,tū quia rē impoſibilem nuntiabant iuxta ordinem naturę,adde tertium,quia exemplū huius
nullum precęſſerat. Ad hęc Hieronymus. Dicunt fabulę Gentilium . Mineruam de cerebro Iouis natam, Hierony.
A Liberum patrem de femore itē iouis,venerē deā de ſpuma maris,de vnico ouo natos caſtorē et pollucem
ex formicis Mirmidonas , deucalionis et pyrrhę lapides iactos ſegetē inde cōſurrexiſſe hominū. Si hęc cre
di potuerūt,quare non & illud,vidi dominū.& hęc dixit mihi hic autē apoſtolorū fides cūtabūda no-
bis proficit. Intelligim⁹.n.apoſtolos nō facile credidiſſe qui verba feminarū ſanctarū licet dlira,et nugas
putabāt. Et vt tędium leuēm⁹ legētib⁹( paſcha.n.nr̄m immolatus eſt xp̄s) Ferūt Iudęi, ꝙ occiſo og Rege Fabula.
Baſā a Moſe, cōſūptis ꝙ carnibus( neſcio autē a quot canibus & Lupis) oſſib⁹ remanētib⁹ nudis,cū ve
nator in ſequeretur ceruum, Ceruus fugiens, forte fortuna foramē ingreſſus eſt vnius tibiarū Regis og,
& venator poſt illū. Ita fugiēte ceruo & venatore ſubſequēte per cōcauū tibię,vix ſex horarū ſpacio emē
ſo: ꝑ aliā tibie partē egreſſ⁹ ē ceru⁹.& poſt illū venator. Et cū tibia ſit. 4. pars humanę ſtaturę patet lōgi
tudo ipſi⁹ og Regis:quātū v̄s vn⁹ hō ꝑcurrere poſſit horis quattuor & viginti. Hęc ſūt deliramēta iudęo
rū,ſuper quorū inſipiēs cor velamē ē poſitū quoties legitur Moſes(2. Co.3.) Que tū velut oracula Apolli
B nis ipſi adorāt & deliramētū putāt myſterium Reſurrectionis. Et ecce duo ex illis ibant ipſa die
in caſtellū quod erat in ſpacio ſtadiorū. 60. Ab hieruſalem:nomine Emaus, Et ipſi lo
quebantur ad inuicē de his omnibus q̄ acciderāt. Et factū eſt dū fabularētur in via et
ſecū quęrerēt,et ipſe Ieſus appropinquans ibat cū illis. Oculi autē eorū tenebantur Matth.28.
ne eū agnoſcerēt. Ibāt igitur duo iſti electi & delecti,dei diſcipuli/relicta ciuitate quę occidit prophe Eccle.4.
tas,quocūꝗ eos ferebat volūtas. Ibāt.n.duo,vę.n.ſoli,duo autē mutuo fouebūtur,id quod iſtis accidit, Matth.18.
qui etſi nō credebāt, loqbantur tamē de Ieſu( o de Ieſu)& impletū ē in illis,quod ſcriptū eſt, vbi duo vel Origenes
tres cōgregātur in noīe meo, in medio eorū ego ſum. Erāt duo iſti iuxta Origenē Simeō et Cleophas. Am
broſius dicit Ammaonē et Cleophā,ſiquidē Luc[a] dn̄m in carne nō vidit. Cęterū.60.ſtadia ex.7500.paſ-
ſibus conficiuntur ſūt aūt paſāgę fere quattuor,deficiūt.n.paſſus quingēti. Ibāt igitur duo iſti amātes qui
dē,et ideo colloquebātur de Ieſu,dubitātes aūt quia de dn̄o Ieſu quaſi de vita functo colloquebantur. Cō
C ferebant.n.ad inuicē/omnia quę facta fuerāt in ligno illo viridi,quo vſꝗ eradicatū eſt de terra viuentiū
Itaꝗ ꝗuis magnifica illa ſpes de Regno iſraelitico reſtituendo( vt ipſi opinabantur ) iā eos fefelliſſet, ſicut
dicctur,tamē iuuabat tanti viri etiā ſi fato fūcti memoriā refricare mutua cōfabulatione. Quia vere erat
dilectus & hominib⁹ & deo, Animo aūt ęgrotanti medicus eſt orō. Amabāt igitur,ſed quaſi dormitabū Eccle.45.
di eū/quē etiā volētes obliuiſci non poterant. Interim aūt/iuxta quod dicitur, Lupus eſt i fabula. Ecce bo
nus paſtor comitē ſe obtulit vię et ibat cū eis,illis tamē prius ſalutatis, vt moris eſt viatorū. Fortaſſis au Prouerbi.
tem quod opinando dicimus ( nō.n. omnia ſcripta ſunt : ſed in multis Euangeliſtę vtuntur compēdio)&
ipſi duo eo reſultato,nomē eius rogant & patriam & quo tenderet, Nihil minus cogitantes ꝗ ꝙ eſſet is
de quo colloquebātur. Cęterū illi videntes,non videbant:& audientes non intelligebant. Etiam ſi ille di
ceret: Ieſus vocor. Nazarenus ſum, pr̄ meus Ioſeph, mater Maria vocatur, Nam oculi eorum tenebantur
D ne eum agnoſcerent. Nimirum loquebatur Nazaręus noſter Ioſeph per interpretem , & in ſuper vteba- Figura.
tur habitu peregrini . Quomodo autē fratres agnoſcerēt ſanctū Ioſeph: cum viderent ſedētē in throno ve Genes.42
lut ſecundum a Rege,quē in ſeruū vendiderunt: Obſtabat autē & illud:ꝙ quem puerum licitati ſunt, Iam Genes.37
poſt ānos.21.factus fuerat virilis prima lanugo immutauerat faciē ſancti Ioſeph:& hebręus cum eſſet, lo
quebatur ad fratres ꝑ interpretē. Tenebātur igitur oculi eorū,& merito,cū viderent preſidentem Regno
Aegypti,quē mortuū opinabantur, aut ſeruire perpetuā ſeruitutē. Ita & duo iſti electi ſ[illegible]cipuli , nō ag-
noſcebāt eum quo cum colloquebantur,quē ſublatū audierant de conditorio,nā verba fem[inarum] apud
apoſtolos & cęteros diſcipulos chriſti fabulę aniles videbantur. Et ait illos. Qui ſunt hi ſermones
quos confertis ad inuicem ambulantes, et eſtis triſtes? Apparebat in eorum vultu triſticia;
et merito,ob mortem talem & talis magiſtri. Illudens itaꝗ dn̄s oculis eorum ad tēpus/ ne eū agnoſcerent
( ſed illuſio hęc i mēte illorū erat,ſicut dictū ē de Maria Magdalena, Que dn̄m holitorē putabat, Ioān.20
Inquirit interim quid de ſe ſentirēt vt illis apparētibus ęgritudinē ſuā,medelā congruam apponeret. Qui
E ſunt inquit hi ſermones,& c. ſolet aūt & hoc ipſum partē lenire męroris , ſi cōtingat alter ego, in cui⁹ ſinū
quod cruciat effūdamus,ſicut dictū eſt ibi, triſtis eſt aīa mea vſꝗ ad mortē, Et illud. Miſeremini mei: miſe-
remini mei. Iob.10. Et reſpondēs vnus cui nomē Cleophas, dixit. Tu ſolus peregrinus es Matth.26.
in hieruſalē,et nō cognouiſti quę facta ſunt in illa his diebus? Quę verba non ſine ſtoma-
cho dixiſſe videtur Cleophas, coarguēs vrbanū peregrinū incurioſitatis, ꝙ mala eorū quę fama vulgāte
decātabātur ꝑ āgulos & triuia ciuitatis:ipſe ſol⁹ ignoraret. habet aūt illud ꝓpriū human⁹ affect⁹ vt quod
cui ꝙ valde cordi ē( ſi tu ſuſtuliſti eū) putet neminē latere, & nulli nō eſſe cordi & curę . Tu inquit ſolus
mala nr̄a ignoras? Hila. Adeo crux xp̄i decātata fuerat ꝑ oēs āgulos hieruſalē, vt cleophas reſpōderit chriſ Hilarius
to, tanꝗ

Fondo Reservado de EL COLEGIO de JALISCO

to, tanq̃ harum rerum incurioſo. Tu ſolus. &c. stupor enim de ignoratione vnius in cognitione vniuer-
ſorum. Quibus ille dixit. Que? Et dixerunt De Ieſu Nazareno, qui fuit vir propheta
potens in opere & ſermone coram deo & omni populo: & quomodo tradiderunt eũ
ſummi ſacerdotes & principes noſtri in damnationem mortis & crucifixerunt eum
Apo. 5. Ita ꝙ bonus magiſter que reſeraturus venerat eis ſeptem ſignacula Legis, quę de ſacramento mortis ſuę
& reſurrectione loquebantur interim aſſumpta diſcipuli perſona, quę inquit ſunt illa de quorum ignorã-
2. Reg. 5. tia notor tanq̃ incurioſus? Et dixerunt. De Ieſu Nazareno. Et Ieſum nominantes, ruſus paulatim ſenſim
Ps. 44. ꝙ cor eorum ſuccendebatur. De Ieſu Nazareno inquit? Ita frater nos te fruamur in domino, de Ieſu Naza
reno colloquebamur. Erat amabilis (inquit bonus peregrinus) ſuper amorem mulierum. Erat, & ſpecio-
ſus forma pre filijs hominum vt ferunt, & totus deſiderabilis. Non falleris. quidquid de illo ſparſum eſt in F
populis minus eſt a laude eius. Erat enim (vt ex pene infinitis pauca referam) vir integer vitę / ſceleris ꝙ
purus. Propheta magnus (hęc tota fides & ſpes illorum de Ieſu) potens in opere & ſermone. Nam verbo
Eccle. 45. ſimplici operabatur miranda & ſtupenda, & per doctrinam ſuam ac miracula & cęleſtem conuerſatio-
Ioann. 9. nem dilectus deo & hominibus / ſummã ſibi comparauerat autoritatem: quando & ipſi dęmones confi-
Ioann. 11. tebantur eum filium dei. Qui & (vt de multis pauca referam) vni Cęco nato oculos ex luto finxit, & al-
Matth. 8. terum vita functum a nudius quartus / vitę reſtituit, & venti & mare dicto eius parebant. De hoc inquit
Sap. 7. peregrinus loquebamini Ieſu Nazareno? Ego autem (quod vos mirabimini) infans ad huc / nõ ſemel non
bis ſed frequenter ſuxi vbera matris ſue, quę, & ipſa candor eſt lucis ęternę & ſpeculum ſine macula &
imago bonitatis dei: & mihi puero duodenni ſępe ſępius Cęſariem diſcriminauit, Non tam ſimile ou-
um ouo inquiunt, ꝙ tu illi. Nimirum mamillas eius ſępe ſuxi. Ne autem ſucenſeatis mihi viri fratres, ſi
vel vnum tantum vos interrogauero, Num aſcendit in cor veſtrum / me eſſe eum Ieſum Nazarenum de G
quo ad inuicem colloquebamini? Bona verba vrbane hoſpes. Tu quidem valde ſimilis videris illi / quo ad
phyſionymiã attinet (refert aũt admodũ inter petrũ & petrũ) tamen id quomodo poſſumus vel ſuſpicari
qui eum nudius tertius aperto latere e cruce detractum / conditorio vidimus vel reſciuimus incluſum, custo
dia multa militum appoſita? Tamen tu quis quis ſis hominum deorum ve, multum leuaſti laboris ac mę
roris noſtri. Nam te videntes, Illum videre videmur. Niſi hoc vnum refert, te viuum videmus, ille autem
cũ clamore valido iam vita functus eſt. Ita ꝙ loquebamur de Ieſu Nazareno, de quo cecinit populus: pro
Matth. 27 pheta magnus ſurrexit in nobis: deus reuera viſitabit plebem ſuam. Sed quia non raro ſcinditur incertum
Luce. 7. ſtudia in contraria vulgus, popul? Luna verſatilior / perſuaſus a principibus ſacerdotum & ſenioribus po
puli, importunis clamoribus ad crucem eum flagitauit de hoc colloquebamur o bone hoſpes. At qui hęc
omnia quę vos (referentibus alijs) ſcientia ſimplici noſti, ſiquidem vt ferunt, omnes fui illo deſerto in ma- H
nus inimicorum ſuorum: fugerunt, Ego noui & praxi, quippe amen amen dico vobis: horum omnium teſ
tis oculatus fuit. Et niſi comes moleſtus vobis eſſem, ac ſubleuare volens, duplicarem męrorẽ, (vere enim
triſticia impleuit cor veſtrum) multa referrem, quorum vos ignorantia tenet, ſcitu tamen non indigna.
Imo inquiunt perge O bone hoſpes, & loquere nobis de Ieſu Nazareno anima noſtra & vita. Vidi eum
ligari, ſuis diſcedentibus quaqua verſum, vidi eum alapis cędi, conſpui, nudari, quando flagellandus erat
vidi eum crucem ſuis humeris ferre, veſtimenta ſua ſorte diuiſa & diſciſa. Clauos quibus cruci affixus eſt
his meis manibus tenui. Vidi mortuo latus pungi, & quod magis miſerandum eſt (ſed nolens volens refe-
ro) Vnicam ſuam quę cruci aſtabat, que reuera de me optime merita eſt, vidi doloris gladio tranſfixam
ſemianimem iacere. Hec compendio retuli: ſed vera omnia Amen. Vos autem pergite exponere, que ſit
vobis reliqua ſpes, ſepulto magiſtro vt dicitis.

Caput v. Sequitur reliquum hyſtorię: quomodo vocantur ab illo pere-
grino ſtulti, quomodo exponebat illis ſacra ſcripturę. Quomodo coe
gerunt illum vt maneret ſecum illo veſperi. Quomodo cognouerunt
illum in fractione panis. Quomodo regreſſi ſunt eadẽ hora in Hieruſa I
lem &c.

NOs autem ſperaueramus ꝙ ipſe eſſet ille qui redẽpturus erat iſrael
Et nunc ſuper hęc omnia tertia dies eſt, ꝙ hęc facta ſunt. Hęc erat
ſpes noſtra de Ieſu Nazareno, & vt videtur, nec ſe ipſum excitare poteſt, & pro-
pemodum eadem dicebant, quę latro in cruce, ſaluum fac te metipſum & nos. Qui
Eſai. 38. bus vtiq̃ verbis vulnus infidelitatis medico imprudentes oſtendunt. Sperabamus
inquiunt. Hęc vox deſperantium eſt. Nec. n. dixit ſperamus. precisa eſt velut a texẽ
te vita noſtra, aruit ſpes noſtra. theſaurus noſter carbones erant. Qui ſi bene nume
res, ab hora qua chriſtus tradit ſpiritum patri vſq̃ ad horam eam qua Chriſtus vi-
ſus eſt in ſpecie peregrini vix duo dies computantur horę videlicet. & quadragin-
ta licet eſſet dies tertia. Sed ſperabamus inquiunt. Auguſtinus. Ergo iam fidem & ſpem Chriſti perdide-
Auguſti. rant. Et licet ipſe cum eis eſſet, ſpes illius in illis non erat. Theophyl. Quaſi fruſtrati igitur ſpe: dicunt,
Theophy Nos ſperabamus: ꝙ ipſe & alios ſaluaturus eſſet, & ecce neq̃ ſe ipſum ſeruauit, Ita parum noſtre expe-
ctationi reſpondit: ita imbellis fuit & impotens: alias potens opere & ſermone, ſed vſq̃ ad mortem vt vi
detur. Et omnino ſi conſiderẽtur ſermones iſtorũ, inter fidem & infidelitatẽ. Fluctuant, & hominũ perple
xorũ ſunt & ignorant quid agant, ita ibãt trepidãtes inter metum et ſpẽ propter reſurrectionis miraculũ
Nihil enim

El Colegio de Jalisco

Nihil.n.de reſurrectione illi ſuſpicabãtur. Sed & mulieres quędam ex noſtris terruerunt nos
exeſteſam, attonitos reddiderunt, que ante lucem ierunt ad monumentum & non
inuento corpore eius, venerunt dicentes, ſe etiam viſionem angelorum vidiſſe, qui
dicunt eum viuere, Et abierunt quidam ex noſtris ad monumentum. Et ita inuenerũt
ſicut mulieres dixerunt, ipſum vero non inuenerunt. Hec ille [illegible] fide bono et alias ſibi nuſ
quam viſo peregrino fideliter retulerunt. Quibus verbis nihil aliud ſignificarę videntur quam mortę xpi
adeptam ſibi eſſe omnem ſpem quam de illo viuente conceperant. Nam fęminarum nugi gerularum ver-
ba deliramenta illis viſa ſunt: adeo incredibile videbatur hominibus reſurrectionis miraculum. Nam ſi ho
mo inquiunt in prima ſui conditione mortalis natus eſt quomodo poſt mortalis reſurget? Quotieſcunq; 3. Re. 17.
excitentur homines ſiue ab helia ſiue ab heliſęo, ſiue a propheta illo de quo loquebamur: mortales excita 4. Re. 4.
bimur & corruptibiles. Sed inſipiens tu inquit paulus, granum quod ſeminas: non viuificatur, niſi prius 1. Cor. 15.
A moriatur. Sed non eſt eadem pulchritudo ſeminati & ſepulti grani, & reſurgentis. Nos ſumus manipuli Gene. 37.
illi quos expre iatis ſemiribus meſſuerunt fratres Ioſeph, & ſtante manipulo ipſius Ioſeph ideſt reſurgente 1. Cor. 15.
dño, nos in terra ad huc iacemus canet aũt tuba: & mortui reſurgent incorrupti, potentia eius cuius manu Hiere. 18.
Cęli quaſi ęrei fuſi ſunt. Sumus enim in manu dei omnes nos ſicut lutum in manu figuli. E luto enim plaſ
maciſumus a plaſte omniũ. Canet igitur tuba, & veniẽt ceteri fratres Ioſeph cũ exultatione portãtes ma
nipulos ſuos. ps. 125. Vide de impijs oſee. Cap. 8. Ad hec intulit dominus. O ſtulti & tardi cor-
de ad credendum in omnibus que loquuti ſunt prophete. Nonne ſic oportuit pati
chriſtum: & intrare in gloriam ſuam: Dominus ita ꝙ Ieſus ad huc diſſimulans quis eſſet: aperi-
ens autem ex parte quid noſſet, depoſita diſcipuli perſona magiſtri habitum aſſumit quaſi eſſet vnꝰ quiſ
piam & diſcipulis Ieſu, occultus tamen propter metum iudęorum, & obiurgat illorum tarditatem ſimul
& incredulum cor: dicens. O ſtulti & dura ceruice ad credendum, &c. Terra tremuit, ſol fugit, petrę ſciſſe
B ſunt, & velum templi a ſummo vſq; deorſum, Latro in cruce agnouit potentiam pendentis, idipſum, cẽ-
turio, & illi qui reuertebantur/tundentes pectora, Angeli teſtificantur Ieſum reſurrexiſſe, cuſtodes vel in
uiti veritatem confitentur, ſed & mulieres probę huic veritati aſtipulantur, quidam in ſuper ex veſtris ſe
pulchrum fatentur ſe inueniſſe vacuum. & linteamina velut per ocium detracta corpori. Neq; non teme
re relicta ſed commode in ſuum repoſita locum: & poſt teſtimonia tam in vita quam in morte ꝙ ꝙ poſt
mortem oculis veſtris exhibita, vos ad huc decernitis more Academicorũ: dicentes, Nos ſperabamus, &
mulieres terruerunt nos. Nõne inquit ſic oportuit pati chriſtum quem vocatis Ieſum Nazarenum, & ita
à cruce ſublatum per mortem: intrare in gloriam ſuam abſorta crucis, & mortis confuſione in gloriam re
ſurrectionis? Audite inquit ſtulti qui non habetis cor: & qui habentes oculos, non videtis, Vel ſaltem non
intelligitis illud vos cecos eſſe nec videre quę coram ſunt, quod eſt maxima ſtultitię pars, Non ne oportu Hiere. 5.
it Ieſum tranſire per aquam & ignem, vt ſic educeretur in refrigerium? Alioqui quid prefigurabat gladius
C ille igneus & verſatilis collocatus ad fores paradiſi & ligni vitę vię? Nempe nulli patere viam ad gloriã ps. 65.
niſi cui anima confixa eſſet gladio doloris. Ad hęc os aureum. Si paulꝰ qui cotidie moriebatur et plus om Gene. 3.
nibus laborauit in Euangelico ſtadio. p. Cor, 15. Ad huc loquitur. Non ſunt condigne paſſiones huiusvi Chryſoſt.
tę ad futuram gloriam quam oculus non vidit. p. Cor, 2. Quid nos dicturi ſumus, qui nec vulgarem qui- Rom. 8.
dem laborem pro virtute ſuſcipere volumus: ſed vnde cunq; recreationes captamus, & hoc vnum confi-
deramus, nec quid nobis accidat triſte? Rem videlicet impoſſibilem, cum audiamus ex ore huius peregri-
ni/qui nec vbi caput inclinaret habuit: oportuit pati chriſtum: & ſic intrare in gloriam ſuam. Quomo- Matth. 8.
do igitur nos alienam ſtertentes ingreſſum iri ſperamus? cęterum quod dicit dominus, oportebat pati
chriſtum verbum oportebat/non dicit neceſſitatem conſequentis, ſed conſequentię. Ex quo enim ita pre-
ordinauit ſapientia dei, per ſanguinem crucis chriſti pacificari omnia, (Collo. p.) oportebat pati chriſ-
D tum domini; & ita intrare in gloriam ſuam. Sequitur. Et incipiens a Moſe & omnibus prophe
tis, interpretabatur illis in omnibus ſcripturis quę de illo erant. Illius eſt enim interpreta-
ri legem cuius eſt condere. Interpretabatur igitur illis (vt ex multis pauca referam) illud ex Nume. Cap.
27. prouideat dñs deus ſpũ omnis carnis hominem qui ſit ſuper multitudinem hanc, &c. Sequitur. Tolle
Ioſue Lichoſua, ipſe eſt dominus Ieſus virũ in quo ẽ ſpũs dei, ſapiẽtię & intellectus, cõſilij & fortitudinis
ſciẽtię & pietatis & timoris dñi, & iſte introducet populũ meũ in terrã repromiſſionis, te[illegible] beũte diẽ tuũ Eſai. 11.
ſuper montem Nebo. Deu. 34. Expoſuit & illud Deuter. Cap. 18. prophetã ſuſcitabit vobis dominus de
medio fratrũ veſtrorũ: ſuſcitabit aũt eũ tertia die a morte ſua. &c. quę locũ alias expoſuimus. Et ſi Ieſum
Nazarenũ cõferatis cũ Moſe potẽte in miraculis, ſuperat Ieſus omnibus modis, quod & vos confeſſi eſtis
dicẽtes, eũ potentẽ fuiſſe & opere & ſermone. Et ſi legẽ Moſi legi Euãgelicę cõferatis, erit cõferre ſoli lu
nã. Et quia p totũ opus hoc multa dicta ſunt ex pphetis quę xpo aptari poſſunt, ſicut illud Ezech. 36. de
nouo baptiſmate, effundã ſup vos aquã mundã, et illud Hiere. 31. de nouo cõdendo teſtamẽto & reuocan
do vetere, & illud. Daniel. 9. de ſeptuaginta hebdomadibus, & illud. Eſai. 66. de imponẽdo ſilẽtio hoſtijs
E veteris legis, ibi qui immolat bouem &c. Et illud. Zach. 9. de aduẽtu xpi ſup aſinam, & multa huius, de
his omnibus intelligere poſſimus dictũ eſſe, incipiens a Moſe & omnibus pphetis, tanq; flores pulchrio-
res ex ſingulis pphetis legẽs, manipulũ quendã applicuit naribus eorum, conferẽs verba legis & prophe-
tarũ cũ vita doctrina & miraculis Ieſu Nazareni, de quo illi colloquebãtur, ſic ꝙ oſtendit, ꝙ apte cõcinẽ
ꝙ inter ſe cõgruerãt vtraq;, illud interim pẽdentibus ab ore eius: & admirãdibus tã abſolutã ac plenam
ſcripturarũ noticiã in homine peregrino, qui nõ doctor earũ, ſed autor videretur, nec in hoc fallebantur.
Hic igit ſeruo xpi nõ tamen feriens aures verũ etiã interiora illorũ penetrãs, ſic illos ſuſpẽſos tulit, vt nec
vię ſentirẽt

Fondo Reservado de EL COLEGIO de JALISCO

viǫ ſentirē laborem (qui autem ſentirent viam horarum trium, quando Helias cibo paſtus viſi, ambula
uit in fortitudine cibi illius diebus. 40. & noctibus totidem, & Moſes totidem ieiunauit, angelico paſtus
3. Re. 19. colloquio, Exo. 24. (nec tamē interim faciē aut loquellā tanti doctoris ſibi non ignotam agnoſcebant, vt
veniret ipſis in mētem, ac ſecum perpenderent dicentes. Quis eſt iſte nouus peregrinus: cui ſicut in nume-
rato ſunt ſcripturę, vt memoriꝫ pro codicibus vtatur? Quis eſt iſte peregrinus, qui totius vitę Ieſu teſtis
Matth. 13. oculatus videtur, quem tamen alias nunqꝫ vidimus inter diſcipulos eius? Quis eſt iſte pegrinus qui tā pro
fūda myſteria profert de theſauro ſuo, cum noua tum & vetera? Verūtamē vt dictum eſt, loquebatur eis
noſter Ioſeph per interpretē, dicentibus illis verbum vnum. Domine quid quid ſit de cęteris quibus ani-
mos noſtros inflamaſti in amorem Ieſu Nazareni, illud tamen compertum habemus, ꝙ huic ſectę de reſu F
Actu. 28. rrectione mortuorum vbiqꝫ contradicitur. Vtrum autem Ieſus Nazarenus ſurrexerit, ipſe viderit, Nobis
hucuſqꝫ perſuaſſum nō eſt. Interim autem. Appropinquauerunt caſtello quo ibant, & ipſe fin
xit ſe longius ire, & coegerunt illum dicentes, Mane nobiſcum quoniam aduespe-
raſcit: & inclinata eſt iam dies: & intrauit cum illis. Ita ꝙ quo magis inflamaret illorum de-
ſideriū ad audiēdum ex ore eius plura de Ieſu Nazareno (priuatio. n. eſt cauſa appetit9) pre ſe ferebat qua-
ſi nollet in Emauus hoſpitari nocte illa: ſed porro verſum ire, quandoquidē illi ſepulto domino, omnino
fraudati a ſpe ſua relicta ciuitate (timebant. n. ne ſimilia ipſi paterentur) in patriam ſe ſuam recipiebant.
Gregori9. Tamen iuxta Gregorium probandi erant, ſi eum quem nec vt deum diligerent, ſaltem vt peregrinum a-
mare potuiſſent. Videntes igitur ſe tanto hoſpite tanto ſolatio deſtitui, primum quidem rogant ac ſuadēt
verbis amore & vrbana comitate plenis, & cum non perſuaderetur, cogerent illum, qui cogi non poteſt
& cogi vult. Vide, Exo. Cap. 32. Ibi dimitte me vt iraſcatur furor meus. Vere autem non coegerunt. Ni-
ſi forte putam9 coactum Angelum a Iacob, quo cū luctā conſerebat: vt benediceret ei, Quia dixit Iacob G
Genes. 32. Non dimittam te niſi benedixeris mihi. Non ergo coactus eſt noſter Samſon, ſed ipſe ſe obtulit non requi
ſitus, vt rogaretur. Quia non raro pulſat ad fores animę noſtrę: & reſpondetur ab intus. Exui me tunicā
meam. &c. Cāti. 5. Vide ad hoc. Gene. 19. de Loth compellente hoſpites precibus non vi/ vt ingrederentur
hoſpicium ſancti viri. Mane inquiunt nobiſcum o bone hoſpes, ad hoc. n. declinaſti ad ſeruos tuos, benefi
ciū ingēs das, nō accipis. Tu autē ſine quo abibim9? dies inclinata eſt, ita te fruamur in Ieſu Nazareno, re
fice viſcera nr̄a: noctē totā ducemus in ſomnē: ſi pergas plura loqui ſacra de Moſe et prophetis, deqꝫ nr̄o
Luc. 16. Ieſu Nazareno. Ergo pauperes rogandi ſunt: & ſi res ferat cōpellendi, vt cū nos defecerimus hic, ipſi nos
recipiāt in eterna tabernacula, quę mirata ē olim Regina ſabba in domo ſalomonis. 3. Re. 10. Cogendi ſunt
igitur, quia forte nō erūt nobis magis onerosi qꝫ helias apud viduā. 3. Re. 17. Quā dominus Ieſus xp̄s apud
Ecclesi. 15. hoſpites iſtos hodiernos, quos ipſe cibauit pane vitę & intellectus. Menſam autem illorū in nullo pau
periorē redididit. Et factum eſt cū recūberet cū illis: accepit panē, et benedixit ac fregit
& porrigebat illis. Et aperti ſunt oculi eorū, & cognouerunt eū. Et ipſe euanuit ab H
oculis eorū. Ita ꝙ illi lęto atqꝫ hilari vultu excipientes tantum hoſpitē: vt pote quem ex admirabili illa
puerbiū. confabulatione intellexerant. Nō eſſe vnū aliquē ex vulgaribus peregrinis (vnde dn̄m eum vocant (men
ſam pro ſua tenuitate apparant/ in qua ante omnia & ſup omnia vultus acceſſere boni (& nō iuxta pro-
Hierony. uerbium panis lapidoſus) & eū ſedere faciunt in capite menſę gr̄a hoſpitij, rogantes vt inter epulandum
loqueretur eis (ne gratis panem manducaret) de Ieſu Nazareno. Recubuit igitur dominus, & accipiens pa
nē (forte aūt et hic factū ē idē quod legimus in vita pauli Eremitę, ex orta ē enim cōtrouerſia inter Paulū
& Antoniū, videlicet vter eorū frāgeret panē vide hyſtoriā, beñdixit: fregit qꝫ, deinde porrigebat illis. Hūc
igitur morē cū ſcirēt duo iſti diſcipuli eſſe dn̄o xp̄o peculiarē, ante preſūptū videlicet cibū gr̄as deo agere
deinde panē partiri inter ſuos, quaſi de profundo ſomno experge facti, aperti ſunt oculi eorum, & cogno
uerūt dn̄m ſuum. Non ꝙ clauſis oculis viam illam per ambulauerint, ſed per inde ſonat aperti ſunt oculi
eorū: quaſi dicas, cognouerūt que ante nō cognouerant. In fractione igitur panis iſtorū aperti ſunt oculi,
fęlicius oculis eorum pate factis: quibus naturę ſuę manifeſtata eſt glorificatio, qꝫ illorum generis noſtri
principium quibus preuaricationis ſuę ingeſta eſt confuſio. Cognouerunt igitur eū, ſed in fractione pa- I
Cor. pri. nis. Et enim iuxta Iacobū, non auditores legis ſed factores iuſtificabuntur. Hoc eſt beati qui audiūt verbū
dei, & cuſtodiūt illud. Luc. 11. Iſti inter ambulandū audierūt verba Ex ore Ieſu Nazareni (quod eſt mira-
bile vt idem pdicaret ſe ipſum) & peruenientens Emaus, quod in via audierant cum Maria, domi ope-
Luc. 10. re perfecerunt cum Martha. Dicit Theophil. Verbum aureum, ꝙ oculi eorum qui benedictum panem dig
Theoph. ne percipiunt aperiūtur & cognoſcūt dn̄m. Sed quid cognouerūt, aut quantū cognouerūt? Vix cognitus
p. Cor. 13. Euanuit ab oculis eorū Ieſus. Videm9 enim hic neſcio per quod ſpeculū neſcio quas ſcapulas dei, & ipſas
Exo. 33. intrāſitu, & poſitis nobis neſcio in quo foramine, obiecta oculis noſtris neſcio qua manu. Faciā inquit trā
p. Cor. 7. ſire ante te omne bonū. Quid igitur pmanere hic poteſt, quādo deus ipſe qui vbiqꝫ adeſt, trāſire dicitur?
Dani. 2. preterit reuera figura huius mūdi, et nunqꝫ in eodē ſtatu permanet: ſed nūc aurea videtur nūc ferrea, nūc
p. Theſ. 4 terrea, quod verius eſt euanuit igitur ab oculis eorum, non ꝙ corpus quod a reſurrectione geſtabat, res eſ-
ſet euanida: ſed ꝙ corpus portaret glorioſum quod per dotē agilitatis mouetur iuxta beneplacitum animę
motu velociſſimo, iuxta illud, Rapiemur cū illis obuiam xp̄o in aera. Sciendum tamen quod dn̄s poſt reſu K
rrectionē ſuā ſatis pce cōcedebat ſui preſētiā ſuis, vt ſenſim aſſueſcerēt carere corpali pſētia ei9, quā breui
p. Re. 6. erat ablatur9 ab eis, vt diſcerē aliquādo vacę illę rationales, recluſis vitulis/ viā dei pcurrere nec mugire
interea, ſed dicere: o qn̄do veniā ad faciē dei? ps. 41. Qn̄ depoſito iugo legis (officiū marthę) et plauſtro et
Gala. 6. arca mādatorū dei, ꝗ quib9 illud vnū ē (et oīa i hoc vno recapitulāt iuicē onera vr̄a baiulate, imolabor vt
ſiā vn9 cū dō ſpūs. Videbit igitur dn̄s, ſed breui tp̄e, nec tamē omnib9, ſed iuxta apoſtolū, Act. 10. teſtib9

prę ordi

Fondo reservado de EL COLEGIO de JALISCO

prę ordinatis a deo, primum quia humana imbecillitas non fecit claritatem ac maieſtatem corporis glo
rioſi, tum, 2. quia indignum erat tantã margaritam incredulis cõmũicari, & dari canibus ſanctum ſancto
rum. Matth. 7. ſequitur. Et dixerunt ad inuicem, Nonne cor noſtrum ardens erat in nobis,
dum loqueretur nobis in via & aperire nobis ſcripturas? ſunt [illegible] verba dei iuxta Prophetã
quaſi ignis, vnde ardebat cor eorum, & quaſi malleus conterens petram, quo [illegible] eſt, vt tandem excuſ Hiere. 23.
ſo infidelitatis profũdo ſomno agnoſcerent Ieſum/de quo et quo cum diu collocuti fuerant. Hieronymꝰ.
Verba dei malleus ſunt, vt corda peccatorum dura & inſtar ſilicis indomabilia ſermonis dei malleo con- Hierony.
A terantur. Vide 3. Re. 21. Ibi, cum audiſſet Achab ſermones iſtos. Auſert autem dominus cor lapideum, vt po
nat pro eo carneum cor, molle videlicet. & quod poſſit dei ſuſcipere, & ſentire precepta. Ezech. 36. Non-
ne inquiunt ardens erat cor noſtrum? Quaſi vtrius ꝙ vnum et idem eſſet cor. Vere autem vnum erat alio
qui non affuiſſet pax vera inter eos. Ardebamus inquiunt more rubi illius, nec tamen calefiebamꝰ, quod Exo. 3.
inſignis cuius dam corporis ſignum videtur certe niſi ſteteremus Cum Iona/vel ex ipſo aſpectu & loque
la (vt cętera omittamus) agnoſcere licuit, ipſum eſſe Ieſum Nazarenum. Talis autem erat ſermo eius, vt
pungeret, afficeret, raperet, vreret: inflammaret, & relinqueret aculeos quos dã ac ſcintillas in animos noſ
tros. Eſt autem ſermo dei vt breui multa conprehendam Manna illud, in quo reperire licet omnem ſapo
rem, Sap. 16. eſt clypeus ignitus. Prouer. 30. eſt turris dauid ex qua pendet omnis armatura fortiũ. Cãti. 4.
Ita ꝙ poſt ꝙ vter alteri confeſſus eſt, ignem illum diuinum graſſari in oſſibus ſuis (vide Danielis, 13. de
ſenibus inueteratis, ibi cunꝙ reuertiſſent) nec diutius ibi conſiſtere poſſe, tam & ſi iam inclinata die. Iter
horarum quattuor/vna remenſi ſunt. Nam ſurgentes eadem hora regreſſi ſũt in hieruſalem
B & inuenerunt congregatos vndecim, & eos qui cum ipſis erant dicentes, quod ſur-
rexit dominus vere, et apparuit ſimoni. Et ipſi narrabãt quę geſta erant in via: & quo
modo cognouerunt eum in fractione panis. Quia igitur dies illa boni nuntij erat, ſurgentes ea
dem hora, relicta menſa cum appoſitis cibis, iter arripiũt inſiſtentes viam ſequentes impetum ſpũs: nõ .n. 4. regũ. 7.
gradiebantur, ſed videbantur volare: & peruenientes, pulſant frequenter dicentes, aperite portas, quia no
biſcum deus, Tamen qui intus erant/non expectata narratione duorum: loquebantur inuicem dicentes
Quid credere detrectamus, tot teſtimonijs confirmati? Ilicet ſurrexit dominus, & apparuit Simoni. Quã
do autem vel vbi ſcriptura non refert. Excepto eo quod dicit paulus. p. Cor. 15. Vbi autem opportunitas lo
quendi affuit, & ipſi narrabant non ſine tanti conſeſſus ſumma exultatione (idꝗ attentiſſimis auribus)
quę geſta fuerant in via, & quomodo cognouiſſent eum in fractione panis. Addidit autem Marcus huic
narrationi pro coronide inſigne verbũ dicens. Et neꝗ iſtis duobus crediderunt. Illi videlicet qui
C congregati erant. Ad hec Hieronimus ſuper illud: preparauit dominus piſcem grandem inferno precepit Hierony.
dominus morti ꝗ, vt chriſtum, 40. horarum ſpacio mortuum detinebat. Quę auidis faucibus, predam pu
tans, quantus in deuoratione letata eſt, tantum luxit in vomitu. Et aduertẽdum: ꝙ vbi putabatur interi
tus: ibi cuſtodia ſit. Non autem ignoro quoſdam fore, quibus incredibile videatur, tribus diebus ac nocti
bus in quibus naufragia digerebantur in vtero Ceti hominem poſſe ſeruari, qui tamen ſeruatur viuus mẽ
ſibus. 9. in vtero matris, anguſtiori ſatis hoſpicio, & tamẽ nemo id miratur. Quia vtriꝗ aut fideles ſunt aut
infideles, Si fideles, multo maiora credere iubentur. Quomodo tres pueros flamma illeſos reliquit. Da. 3.
Quomodo Iordanis reuerſus eſt retrorſum. Ioſue. 3. Quomodo humana ratione aucta fame leonum, ra
bies predam ſuam timens, aſpexerit, nec tetigerit & multa id genus. Dani. 6. &. 15. Si autem infideles ſũt
legan. 15. libros Naſonis metamor. Inuenient Iupitrem mutatum in cygnum, & quomodo in auro fluxe
D rit, in tauro rapuerit, in quibus ipſa turpitudo fabularũ diuinitatis denegat ſanctitatem. Legant Phaetõ
tis ſorores in populos arbores eſſe conuerſas. Illud credunt & dicũt deo cuncta eſſe poſſibilia. Igitur
eandem virtutem tribuant deo in honeſtis rebus, quam defendũt in inhoneſta. Hec ille. Sed neꝗ illud in
quit crediderunt. Quam tamen hęſitationem humana infirmitate nutãtem nunꝗ permiſiſſet ſpiritus ſan
ctꝰ diſcipulorum chriſti in eſſe pectoribus, niſi illa trepida ſollicitudo & curioſa cunctatio noſtrę fidei fun
damenta ieciſſent. Dubitatum eſt ab illud, ne dubitaretur a nobis.

Caput. vi, Inter hęc ingreditur dñs oſtio clauſo offert pacẽ, oſtẽdit manus & pedes, prebuit ſe palpandũ, dicitꝗ, habetis aliquid quod mãducetur? Mãducat corã illis, dat eis ex ſuis reliquijs, aperuit illis intellectum.

ET dũ loquerẽtur, Ieſus ſtetit in medio eorũ: et dixit eis. Pax vobis.
B Ego ſum. Nolite timere. Turbati vero et cõterriti, exiſtimabant ſe
ſpũm videre. Et dixit eis. Quid turbati eſtis, et cogitationes aſcen
dũt in corda veſtra? Videte manus meas et pedes meos, ꝙ ego ipſe
ſum, palpate me et videte, quia ſpũs carnẽ et oſſa non habet, ſicut
me videtis habere. Et cum hoc dixiſſet, oſtendit eis manus et pe-
des. Premittit aũt Ioãnes huic narrationi Lucę, ꝙ cũ eſſet ſero die domini-
cę reſurrectionis: et fores eſſent clauſę propter metũ Iudeorum, in
greſſꝰ ẽ Ieſꝰ ianuis clauſis, et ſtetit ĩ medio eorũ. &c. Fores inquit erãt clauſę die prima poſt ſa
batum cum eſſet ſero. Dãnato .n. ad crucẽ dño, & tandem detracto e cruce, & ſepulchro incluſo, quid ſpes
videbatur ſuper eſſe pullis illis implumibus? Timebant reuera ſuper ſe irruituram procellam quandam,
quę quatuor angulos domus cõcutiens, opprimeret & matrem & filios. Erant igitur oſſa illa congregata Ezech. 37.
quidem

Fondo Reservado de EL COLEGIO de JALISCO

quidem in vnum, alias autem arida ſiccaq; vęhementer, propter metum iudęorum, Ad hec vrgebat zela
tor ille Moſaicę legis, argumenta hinc inde contra eccleſiam conquirens, quam nuper plantauerat dexte
Actu. 9. ra dei, & in ſimilitudinem fornacis Babylonicę flāmas Euomebat & minas, obſequiū ſe putans preſtare
deo, Merito igitur incluſis propter metū iudęorū, pacē (qua illi cū primis indigebat) ſtās in medio obtulit
Pax. xp̄s pax vera: dicens, pax vobis, ē aūt pax tante excellentię inter cęteras virtutes iuxta Anguſtinū ꝙ eti-
Plutarch9 am bella fiunt ꝓ pace acquirenda. Et. n. iuxta plutar, Nihil aliud eſt pax, ꝙ finis belli & victoria. Quę
tamen tum plena erit atq; perfecta. quando cātabimus cum apoſtolo deo autem gratia qui dedit nobis vi
ctoriam. Per quem paule. Quo ve duce belli: per ieſum chriſtum dominum noſtrum. Ipſe. n. eſt qui deſcē-
dit incampo ad ſingulare certamen, & forti deuicto atq; triumphato, hodie reportauit victoriam non ta F
men incruentam. Vnde probas? oſtendit eis manus pedes & latus. Tantum igitur eſt pacis bonum, vt
etiam in rebus terrenis nihil gratius ſoleat audiri, nihil deſiderabilius concupiſci, nihil melius poſſit inue-
Auguſtin9 niri. Vnde velut precioſum donum pax data eſt hominibus pro Euangelio & ſtrenis nati pueri dicentib9
angelis, pax hominibus hoc eſt Eudokia. Data eſt etiam pax proſtrenis dominicę reſurrectionis tanꝗ fru
Luce. 2. ctus mortis chriſti, id ꝙ non ſemel ſed tertio. Vnde illud Eſai. 26. iuxta. 70. Da nobis pacem, omnia. n. de-
diſti nobis. Vide textum Ioſue. Capite. 21. in fine. Multa philoſophatur Auguſtinus ſuper hoc nomen. P.
Auguſty. A. X. P. inquit ſignificat, patrem eſt. n. primum elementum in hac dictione pax. A vero que vocalis eſt fi-
lium ſignificat per quem nobis loquutus eſt pater. Facit autē. A. per ſe ſonum, quia filius tantum carnem
induit. P. autem non ſonat ſine, A. quia pater nunꝗ fuit ſine filio. X. autem que duplex eſt ſpiritum ſan-
ctum ſignificat, qui amor eſt patris & filij. Ex his autem tribus elementis vna vox, vna dictio vna pax cō
ponitur, quia pater & filius & ſpiritus ſanctus vna ſunt ſumma & vera pax, que ſuperat omnem mentē G
De laude tamen pacis quicquid dicamus, minus eſt ab eo quod dicit paulus. ipſe dominus Ieſus eſt pax no
Phili. 4. ſtra. Quid autem putamus ſignificare voluiſſe poętas inducentes Titanas bellum commouentes aduerſ9
Epheſ. 2. deos. Niſi illud, homines, impios et pacis oſores nihil nō audere in hōſes! quando contra deum fortes ſunt
Poeta. ſicut Iacob ſicut Nembrot robuſtus venator. Geneſ. 10. & Cap. 32, Nam & bellum quod olim duellum
erat / ab inferis Exoriri, & ibi habere ſedem ſuam? & a furijs ad nos emitti, manifeſte ſignificat poeta. 6.
Eneidos. Sed hodie bellum ludus putatur. Iuxta illud. 2. Re. 2. ſurgant pueri & ludant coram nobis, & reſpō
ſum eſt, ſurgant. Surrexerunt ergo, 12. ex parte Iſboſeth filij Saul: & totidem ex parte dauid, qui omnes mu
tuis vulneribus conciderunt. Sequitur Exortum eſt bellum durum ſatis (quod luſus putabatur) in die illa
Hoc eſt / munus putabatur, Vide textum. ſtans igitur dominus in medio ſuorum, obtulit eis pacem. Quo
niam autem homo liber eſt, non omnes oblatam receperunt. Obtulerunt. n. Romani aliquando cartaginē
Cartagi. ſibus duas teſſeras: vnam belli / pacis alteram, vt vtram vellent acciperēt, Et ille quidem nullam elegerūt
ſed quam inquiunt reliqueritis, Eam libenter amplectemur. De pace autem peccatorū vide. 4. Re. Cap. 9. H
ſatis bene. ſed opere precium eſt audire Romanum quendam, cui pax malum omne erat. Pyrrhus Rex
poſt victoriam habitam de Romanis, quia preſētis potentię non erat vt Romā capere poſſent: amicitiam
Pyrrhus. vero & pacem glorioſam ſibi poſt victoriam iam parem fore exiſtimabat cyneam legatum ad Roma-
nos prior miſit, vt experiretur an pacem vellent. Interea cum. A. claudius vir ampliſſimus quidem ſed ſe
nex & cęcus, audiret quę a Rege nuntiabantur, ac rumore obtinente / ſenatum pacem eſſe daturum: tole
rare non potuit (pacis oſor, ſatanę ſatelles) ſed in curiam ſe deferri iuſſit. Factum eſt igitur ſilentiū ad pre
ſentiam tanti viri. Ille autem vbi ſuo loco conſtitit, ita dicere orſus eſt. Antea quidem Patres conſcripti
A. claudi9 hanc meam oculorum fortunam per moleſte ferebam, nunc autem doleo, ꝙ non vltra cęcitatem ipſam
ſurdus etiam ſim, ne turpes conſultationes ac ſentētias veſtras quę huius vrbis gloriam ſubuertunt audire
compelleret. Vbi eſt. n. illa iactantia, quam crebro verbis vſurpare ſoletis: affirmantes ſi magnus Alexan
der in Italiam profectus vobiſcum adoleſcentibus, aut cum patribus veſtris conſeruiſſet bellum, nequaꝗ
eum nunc vt inuictum gloriam habiturum, ſed aut fuga aut morte ſua maiorem huic vrbi nomem gloriā
ꝙ reliquiſſet. Hanc igitur inſolentiam verborū / nunc rebus oſtendite Non itaq; hunc remouebitis. ſi ami I
cum feceritis: ſed alios inuitabitis per contemptum noſtri, quaſi ſuperare nos facile ſit, ſi Pyrrhus abibit,
nec dum pęna data eorum quę contra nos fecit, verum etiam mercede accepta fęderis, abire in patriā ſuā
Hęc oratio. A. claudij cęci ad ſtudium belli animos Romanorum a pace traduxit, quoniam dulce bellum
inexpertis, & maxime bellantibus e plauſtro, ſicut cęcus hic inueteratus ſatanę dux, Nos autem audiamus
dominum dicentem, pax vobis. Inquire inquit pacem, & perſequere eam Benedicit, perſequere: exagi-
tata eſt. n. vndiꝙ & prorſus exploſa, ac terram relinquens: in cęlum vnde cantantibus angelis deſcende-
Puerbiū. rat (inquit os aureū) eſt profecta. Turbati vero & conterriti exiſtimabāt ſe ſpūm videre, ſpūm videlz eū
quem in cruce patri commendauerat. Vulgus. n. refer, defunctos aliquoties aſſumptis corporibus (imo id
maxime verum eſt) non ſolidis, exhibere ſe oculis mortalium, quod certe non raro factum eſt. Tamen ſi
Chryſoſt. ſpiritus erat, inuiſibilis erat, ſicut aer ipſe vel ventus. Ne igitur hoc in eorum remaneret opinionib9, quod
Sco in. 4. voluebatur in cordibus, redarguit cogitationes a veritate diſcordes, ingerit ꝙ dubitantium oculis manen
diſt. 49. q. tia in manibus ſuis pedibus ꝙ & latere crucis ſigna: & vt curioſius petractentur inuitat, quia ad ſanan- K
15. in ſolu. da infidelium cordium vulnera: clauorum & lanceę: erāt ſeruata veſtigia. Videte inquit man9 meas & pe
des meos, quia ego ipſe ſum: qui pugnaui & vici, ſed moriendo, & ecce victorię ſigna, de quibus dicitur
zacha. 13. quę ſunt plagę iſtę in medio manuum tuarum? his inquit plagatus ſum in domo eorum, qui repoſuerunt
Origenes. mihi odiū ꝓ dilectione. ps. 108. ſi igitur fructus mortis xp̄i pax noſtra eſt cū deo, cū angelis, cū gentilibus
2. Cor. 5. illis inquit Origenes, qui euacuantes fructum crucis chriſti, rurſus intexunt ſepem inimicitiarum cum deo
Hilarius. illa patrantes quę ipſe odit. Quib9 tamē loquitur paul9: ꝓ xp̄o legatione fūgimur tanꝗ deo ꝑ nos exhor
tante.

Fondo ... de
EL COLEGIO de JALISCO

tante. Obſecramus vos amore chriſti, vt reconciliemini deo palpate & videte, quoniam ſpūs oſſa non ha
bet nec carnem, ſicut me videtis habere. Nō ergo per incorpoream naturam ſed ꝑ reſurrectionis corporeę 2. Cor. 5.
qualitatem imperuia vſu clauſa penetrauit. Nam quod tangitur corpus eſt quod palpatur corp⁹ ē Semi Hylari⁹.
natur. n. corpus animale, reſurget ſpirituale, ſed illud ſubtilius, hoc craſſiu˜. Nam quomodo non corp⁹: in
quo manebāt inſignia vulnerū/quę dn̄s palpanda obtulit: in quo nō ſolū illu˜ firmat, ſed etiā amorē nr̄m 1. Cor. 15.
excitat, ꝙ vulnera ſuſcepta pro nobis, cęlo inferre maluit: abolere noluit: vt deo patri nr̄e precia libertatis
A ſemper oſtēderet, iuxta illud: in manib⁹ meis deſcripſi te. Itaq; moli corporis inquit Auguſti. vbi diuinitas Eſai. 49.
erat oſtia clauſa nō ab eo obſtiterū clauſo ille q̄ppe oſtio intrare potuit quo naſcente virginitas matris in Auguſtin⁹
uiolata permanſit, dicente propheta, porta hec non aperietur. Quod aūt dicit Gregorius: omne quod pal- Gregori⁹
patur eſt corruptibile, & aſtipulatur. S. Thomas, non placet doctori noſtro. Quare enim non poſſim di- Eze. 44.
gito tangere celum vel corpus glorioſum ſine miraculo/non video. De hoc alij viderint. Ad huc au-
tem illis non credentibus: ſed mirātibus prę gaudio: dixit. Habetis hic aliquid quod
manducetur? At illi obtulerunt ei partem piſcis aſſi et fauum mellis. Et cum mandu-
caſſet corām eis ſumens reliquias, dedit eis, et dixit ad illos hęc ſunt verba que locu
tus ſū ad vos cū ad huc eſſem vobiſcum, quoniam neceſſe eſt impleri omnia quę ſcri
B pta ſunt in lege, Moſi et prophetis & pſalmis de me. Tanta erat gaudij paſſio: vt non appli
carent mentem ad credendum illum eſſe dominum Ieſum. Ita ꝙ non ex duritia cordis ſed ex velut extaſi
cauſata ex multo gaudio, viſis manibus & pedibus non applicabant mentem ad credendum. Vt ergo per
diuerſa argumenta iuxta eundem Lucam fidem faceret reſurrectionis ſuę, non ſolum vt videretur, cōtre-
ctaretur, audiretur, conceſſit, ſed & vt veſcentem cernerent, quia reuera viuebat. Cum igitur eſſent qui
dam inter congregatos prę gaudio adeo extra ſe poſiti & velut ebrij gaudij immenſitate: vt neq; oculis ſuis
non auribus non vel tactui fiderent/quem certiorem habemus cunctis animantibus/ timemus. n. nonum
ꝙ credere quod ſummis optamus votis (de quo vide Geneſ. Cap. 45. in fine bonum textum) metuētes ne
nos ipſos feſtinato conijciamus in gaudium/quo mox ſumus exuendi, fama ad nos falſos afferente rumo
res, non dedignatur dominus ad huc nouo argumento illorum incredulitati occurrere. Nullum. n. certi⁹ ar
gumentum hominis viuentis, ꝙ cibum ſummere. Vnde puellę excitatę a morte dominus iuſſit prandiū
C dari quaſi reuertenti de longa via. Verum eſt ꝙ in reſurrectione ad immortalitatem cibis non vtemur, ſed Matth. 9.
erimus ſicut angeli, Matth. 22. Si inſtes, ꝙ angelus Raphael comedebat, ſicut habetur Tobię Cap. 12. Itē
tres angeli in tabernaculo Abrę, & duo in domo Loth. Genes. 18. & cap. 19, Audi Raphaelem loquen-
tem. Videbar quidem vobiſcum māducare & bibere, ſed ego cibo inuiſibili, & potu qui ab hominibus
videri non poteſt, vtor. Comedit igitur dominus non neceſſitatę. Sed vt diſcipulis etiā hoc argumento ꝓ
baret corporis humani veritatem. Obtulerunt igitur ei partem piſcis aſſi & fauum mellis ipſe autem erat Ioann. 6.
panis viuus qui de Cęlo deſcendit. ipſe piſcis aſſus (agnus aſſus) in cruce quia homo, fauus mellis mel in
cera. i. in homine deus. Et ſumens reliquias dabat illis. Tu igitur aperi os tuum, & ego implebo illud ps.
80, Ne dicas, anima noſtra arida eſt ſuper cibo iſto. Nempe aſſueti erant porris & cepis & huiuſmodi be Num. 21.
llarijs, quę plus habent aloes ꝙ mellis. Illud interim obſeruandum, ꝙ ꝙ primum dominus ieſus piſcē illū
ſuis cōtigit manibus (idem de fauo intellige) iam non piſcis & fauus ſed reliquię dominice menſę vocan-
D tur. Namq; & Midę propter ſuſceptum hoſpicio bachum conceſſum eſt a dijs, vt quicquid contigeret in
aurum verteretur. Iuxta myſteriū autem fauus hic ille eſt quem Sāſon inuenit in ore leonis quem ipſe oc Midas.
ciderat ante decem vel octo dies, Erat. n. multitudo apum in faucibus leonis, i. mortis vel ceti illius quas
cetus vorarat, et poſt illas Ionam. ſcriptum eſt autem, diuitias quas vorauit euomet, & de ventre illius Iudic. 14.
extrahet illas deus: quod hodie factum eſt. Piſcis autem iſte illius figuram poteſt gerere qui Tobiam inua Iob. 20.
ſit ſecus flumen, ſed confortatus Tobias ab angelo, apprehendit eum per branchiam, & extractum de a- Figura.
qua exenterauit. Apprehenſus eſt igitur piſcis ab eo quem apprehendiſſe ſe putabat. Apprehendit eum,
vt caput a corpore ſepararet, & fieret xp̄s eccleſie caput. Exenterauit aūt illum, cum nequitias eius latius
nobis aperuit dicente Paulo. Non. n. ignoramus aſtutias eius. 2. Cor. 2. Cor & fel reponi iuſſit, cū ſcrip
turis mandauit, quomodo ſerpens erat callidior cunctis beſtijs terre. Captus eſt igitur potētia diuinitatis Gene. 3.
dum eſcam appetijt humanitatis. Quia & ſi hora mortis ad illum venit pendētem in cruce ... nihil tamen
ſui iuris in eo inuenit. Sumens igitur dn̄s reliquias piſcis & faui dedit eis dicens, hec ſunt verba quę loquū
tus ſum ad vos, cum adhuc mortalis eſſem vobiſcū: quę omnia impleri neceſſe eſt: ſiue ſcripta ſunt in. 5. li Ioan. 14.
E bris Moſi. &c Apex non preteribit a lege donec omnia rebus expleantur. Sequitur. Tunc aperuit il-
lis ſenſum aperuit illorum mentem vt intelligerent ſcripturas: et dixit eis. Quoniam ſic
ſcriptum eſt, et ſic oportebat chriſtū pati et reſurgere a mortuis tertia die, et predica
ri in nomine eius penitentiā et remiſſionē peccatorū in omnes gentes, incipientibus Matth. 5.
ab hyeroſolyma. Vnde illud. Apoc. cap. 5. vicit leo de tribu Iuda, vt aperiret librū & ſolueret ſignacu
la ei⁹. Videtur aūt ordo cōtrari⁹. pri⁹. n. ſoluūtur ſignacula; & poſt apitur liber, ſed dn̄s ieſus incarnādo na
ſcēdo & moriēdo/aperuit. i. in ſe cōpleta oſtēdit myſteria veteris legis, quę erāt velut ſigilla libri ſcripture
reſurgēs autē aperuit librū, exponens apoſtolis multa quę de eo predixerāt ꝓphetę, ſicut hoc. Cap. 24. Lu
cę tactum eſt. Poteſt breuiter dici ꝙ aperire librū & ſoluere ſignacula eius ꝓ eodē accipitur, ſed aliud ſit in
ſe rebus impleta eſſe quę predicta ſunt oſtendendo aliud verbis & rationibus, iuxta illud, incipiēs a Mo
ſe. &c. Ceterū iuxta. S. Bonauenturā ſeptem ſigilla ea ſunt, reſeratio ſepulchri ſui, remotio linteaminum
a corpore, teſtimoniū angelorū ſedentium ſuper ſepulchro: excitatio illorū qui cū xp̄o reſurrexerūt: terre-
motus deterrens cuſtodes, mendatio magno emptum a Iudęis, apparitiones factę apoſtolis. Poſſumus a-
liter

Fondo Reservado de EL COLEGIO de JALISCO

liter dicere, hęc ſeptem ſignacula eſſe veſtem ſecerdotis laceratam, velū tēpli ſciſſum, latus xp̄i apertū monumēta reſerata, oculi aperti diſcipulorū eūtiū in Emaus: & teſtimonia ex lege, ꝓphetis & pſalmis. Erat et liber ſcripturę ſignatus his ſeptem ſigillis iuxta amicum dei, quia ſapientia dei venerat in myſterio abſcō

ꝓ.Cor.ꝓ. dita. Nam virginis deſponſatio celauit virginitatem, forme ſeruilis aſſumptio celauit formam dei, carnis circunciſio innocentiam ce[illegible] eius/qui venerat vt tolleret pecatum mundi. Fuga in Aegyptum/trina tētatio mors inter iniquos & ſepulture ſignaculū dām ieſū verū hominē oſtēderūt nihilq̃ habere prima frō

3.Re.22. te cōmune cū maieſtate diuina. Sed poſt q̃ moriēdo vicit Leo de tribu Iuda/q̃ interpugnandū mutauerat veſtimēta ſua nūc indutus alba veſte nūc purpura vel coccinea mō nudus conſiſtens in eſtadio nō oñdens

Luce.25. quis eſſet, quid noſſet quid ve poſſet, reſurgēs deuicto mortis inuētore, aperuit ſuis mentē, vt intelligerēt F

Hierony ſcripturas. Verū tamen iuxta Hieronimū, ante q̃ dominus diceret in cruce, hodie mecum eris in paradiſo. clauſa erāt Celeſtia & ſpūs pecoris hominis q̃ ęqualis vilitas coarctabat. Hiero, vide lib.2.Cap.11. nona Et dixit eis. Quoniam ſic ſcriptum eſt, & ſic oportebat pati chriſtum. &c. Quę verba expoſita ſunt ſupra hoc eodem. Cap.24. Lucę. Quod autem dicit, predicari in nomine eius pęnitentiam, id quidem non eſt ſcriptum ad litteram in veteri teſtamento. Tamen in figura ſcriptum eſt Ione. Cap.ꝓ. Vade in Niniue ciuitatem grandem: & predica in ea. &c. et rurſus cap.3. poſt q̃ Ionas euomitus eſt tertia die/a Ceto, iuſſus eſt predicare penitentiā. Itaq̃ & ante mortem xp̄i & poſt reſurrectionem eius pręddicata eſt pęnitētia in remiſſionem peccatorū, Intereſt aūt, quia ante mortem chriſti ſolis iudeis predicata eſt, ſicut habes Matth.10. In viam gentium ne abieritis. &c. Et hoc figurabat fuga Ione in Tharſis. Ceterum poſt naufragium crucis Ionas feſtinato pergit in ciuitatem gentium Niniue. Erat autem hec ciuitas tanti ambitus, vt vix trium dierum poſſet itinere circumiri. At Ionas precepti & ſuperioris naufragij memor, viam triū dierum vnius diei feſtinatione compleuit. Vnde dictum eſt in conſequentibus, ite in orbem & predi- G

Marci.16. cate euangelium omni creaturę. Hec autem Ionę feſtinatio ad predicandum penitentiam gentibus, nihil aliud prefigurabat, q̃ parata eſſe corda eorum ad ſuſcipiendum ſemen verbi dei: iuxta illud. Ioan.4. Leuate oculos veſtros, & videte regiones quia ecce &c. oportebat autem vt apoſtoli hanc predicationem auſpicarentur ab hieroſolymis. Non ſolum quia illis primum credita fuerant eloquia dei, ſed ideo etiam vt

Rom.3. gentes varijs erroribus & facinoribus implicit[illegible], hoc maxime inditio diuinę pietatis ad ſpem venię prouocentur q̃ eis qui filium dei extra vineam ſuam actum crucifixerunt, venia nō denegatur, ſi pęniteant.

Matth.21 Vos autem eſtis teſtes horū. et ego mittam promiſſum patris mei in vos. Luce.24.

Eritis oculati teſtes eorum omnium q[illegible] docui quę feci, quę q̃ paſſus ſum a populo meo olim dilecto, & quomō reſurrexi tertia die a mortē mea &c. Tunc autem eritis tantorum miſteriorum idonei teſtes quando ego miſero ſuper vos promiſſum patris mei ſpiritū ſctū, qui dabit vobis os & ſapientiā, cui non poterunt cōtradicere omnes aduerſarij veſtri, ſicut habes de protomartyre Stephano. Ad hec Gregorius ſuper H

Actu.7. illud. Canti.8. ſi murus eſt Eccleſia quę prius ſine vberibus intra vnis conclauis locum metu Iudeorum ſe

Grego. continebat. miſſo ſpiritu ſancto de celo, vadunt apoſtoli ad concilia gaudentes, quoniā digni habiti ſunt pro nomine Ieſu contumeliam pati. Ecce qualis murus facta eſt eccleſia, quę modo tenerrima nec pedem cuiuſlibet gradientis ſine leſione gerebat, modo vero accepto ſpiritu ſancto, vniuerſi exercitus aſſultātis illeſa pedem cōtemnit. Facta ſum inquit coram eo quaſi pacem reperiens. Quia in hoc mundo quandiu

Actu.5. ſumus, a peccatis omnibus non deſiſtimus: & quandiu cum xp̄o viuimus, pacem perfectā cum illo qui ſine peccato eſt, & ſine peccato in carne vixit/non habemus. Eritis igitur teſtes mei: ſed nō prius q̃ ego mittā vobis promiſſū illud, de quo Ioel. Cap.2. effundā de ſpū meo ſuper omnē carnē. Sequitur. Ioān. cap.20

Caput ſeptimū, Refertur fere eadē hiſtoria. Dicitur de Thoma qui abſens erat, qui dixit, niſi videro fixuram clauorum & lanceę et mittam manum, non credam. Venit ſecundo dominus. & fecit ſatis deſiderio Thomę. Exclamauit ille. dominus meus & deus meus. Accipiūt apoſtoli ſpiritum ſanctum: dicente domino inſuper, quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis. I

Ioann.16. Gauiſi ſunt ergo diſcipuli viſo domino. Dixit ergo eis iterum Ieſus. Pax vobis ſicut miſit me pater et ego mitto vos. Gauiſi ſunt gaudiū autē hoc quis poterit explicare: hoc vnū ſcimus quod gaudium illorū nemo tollet ab eis. Ceterū q̃ pacem dominus ſecundo repetit, repetitio hęc/pacis confirmatio eſt. Legimus templum pacis apud Romanos in annis.750. ter tantū clauſum fuiſſe, quod ſignum erat pacis. Romanis interim hydram ſecantibus

ꝓuerbiū & vnda excipiente vndam. Quā.n. pacem mūdus dare poteſt, cum angeli ipſi qui nobis pacem cecinerunt: pugnare legantur pro cōmiſſis ſibi prouintijs. Daniē.10. Stat.n, ille cuius manus contra omnes & omniū contra illū. (Gene.16.) K

In armis totos dies & noctes, ſemper vnā & eandē cantionem cantans etiam poſt q̃ centies amiſit caput (ſed hydra eſt) & ea eſt, date virum, qui cōſerat mecum manus, ideo pax hic quidē quęrenda eſt, alibi aūt fruendū pace quę ſuperat omnem mētem. Phili.4.

ꝓ.iij.17. Eſt aūt hydram ſecare iuxta ꝓuerbium, ita vnum aliquod in comodū tollere, vt in eius locū alia plura recipias. Natū prouerbiū a fabula hydrę lernęę: quā alij centum fuiſſe capitum aiunt, alij octo, e quibus vnum erat immortale. Cum hoc moſtro multum diuq̃ conflictatus eſt Hercules, ꝓpterea q̃ reciſo capite

plura

Fondo Reservado de EL COLEGIO de JALISCO

plura renaſcerentur. Plutarchus de fortuna Alexandri. Hydriam ſecans:ſemper aliquibus bellis repullulã
tem. Quid eſt autẽ,ſicut miſit me viuens pater,& ego mitto vos? Memẽtote,ꝙ nõ eſt maior ſeruus do-
mĩno ſuo. Ioann.13.ſi me perſequuti ſunt:& vos perſequentur. Si oportuit mediatorem dei & hominum
tam multa pati:& reprobari & cruci adiudicari id ꝙ inter impios,vt ita [illegible]aret in gloriã ſuam. Eadem
vos paſſuros non dubitetis, quia per obediẽtiã vſq; ad mortẽ crucis peruenitur ad regnum ęternę retribu Sabbelli.
tionis. Audi vnum mirabile! Cynegirus Euphoronis filius cum Mędos ad mare egiſſet, nauem hoſtibus
onuſtam intuitus, vt eam ad cędem remoraretur, dexteram manum iniecit, qua bipenis ictu reſciſa,
ſiniſtra eam apprehendit. Ea quoq; pari clade amiſſa:mordicus triremem tenuit;tanta in vno tum virtus
fuit, vt non cęde multa fatigatus, non verius ꝙ manus clade victus, in morem rabidę ferę dentibus dimi
A care ſit conatus. Hec cũ dixiſſet, inſufflauit et dixit eis. Accipite ſpiritũ ſctũm quorum
remiſeritis peccata, remittuntur eis, et quorum retinueritis, retenta ſunt. Flatus chriſti p̃.q.p̃.re-
perſpicuum eſt, ꝙ nõ erat ſpiritus ſanctus, non magis ꝙ̃ flatus dei erat anima primi parentis. Genes.p̃. miſſionẽ.
ſed quia ſpirando & reſpirando trahitur vita nr̃a ſpiratio autem fit per nares & per os, qui ſenſus ſunt c.eternam
in facie, ſpiraſſe dicitur dominus in faciem eius ſpiraculum vitę: ideſt animã viuentẽ qua ſpiramus. Sed c.euidẽter
& iuxta Gręcos anima quę vocatur pſyche, dicitur a verbo pſycho, quod eſt viuifico ſiue animo, aut re-
frigeró ſpirando, ꝙ ſpiritus refrigeret. Inſufflauit autem chriſtus dominus in diſcipulos, vt ſe oſtenderet fi
lium eius qui in faciem proto plauſti aiam inſpirarat. Auguſtinus. Flatus ille nõ erat ſpũs ſanctus, ſed de Auguſti.
moſtratio per congruam ſimilitudinem, non tantũ a patre ſed etiam a filio procedere ſpiritũ ſctũm. Quo A. Aleſ.
rum remiſſeritis peccata remittũtur eis. Alex. Ales. Remiſſio peccatorũ poteſt eſſe triplex. Vel quãtum ad
delectionẽ culpę, & hoc ſolius dei eſt, dicẽtis. Ego ſũ Ego ſũ qui deleo iniquitates tuas pter me. Eſa. 43.
B ſecundo modo fit remiſſioni peti quãtũ ad ſolutionẽ pęnę, & hęc [illegible] collata chriſto homini pro eo ꝙ pecca- Leui.16.
tum non fecit. Vnde peccata omniũ portauit hircus iſte, qui venit ad nos in ſimilitudinem carnis peccati
cis. Tertio modo dicitur peccatum remitti quo ad commutationem pęnę, & hęc remiſſio eſt collata mini Matth.16
ſtris eccleſię: quibus dicitur. Quorum remiſeritis pctã, &c. Et ẽ ſentẽtia hęc eadẽ cũ illa, quodcũq; ligaue-
ris ſup trrã. Et ſciẽdũ ꝙ cũ dicit, Quorũ *remiſeritis pctã, ipſum ſacerdotem Excludit, qui ſibi peccata re*
mittere nõ poteſt. Nemo.n.in cauſa *ſua poteſt eſſe iudex.* Vnde dicit. S. Thomas. 4.diſt. 20.ꝙ nullus po-
teſt dare ſibi indulgentias. ſed vti poteſt ea, quam pro comuni vtilitate Eccleſie conceſſit. Ad hęc Hiero. Thomas.
Quorum remiſeritis peccata. Iſtum locum epiſcopi & preſbyteri non intelligentes, aliquid ſibi de phari- Hierony.
ſeorum aſſumunt ſupercilio, vt vel dãnẽt innocentes, vel ſoluere ſe noxios arbitrentur, cum apud deum
non ſentencia ſacerdotum, ſed reorum vita quęratur. De hoc alias diximus ſuper illud. Ioãn. 11. ſoluite eũ
ſinite abire. Vide ibi Scotũ noſtrũ, Sequitur. Thomas autem vnus de duodecim: qui dicitur
didimus, non erat cum eis quando venit Ieſus. Dixerunt ergo ei alij diſcipuli vidima
C dũm. Illi autem dixit eis. Niſi videro in manibus eius fixuram clauorum: & mittam
digitum meum in locum clauorum: et mittam manum meam in latus eius, non credã Chriſoſto
Queritur autem. Quomodo omnibus diſcipulis cõgregatis, ſolus Thomas abfuerit. Chryſoſto. Forte
ex fuga non dum redierat. Vnuſquiſq; enim ſecundum ꝙ timorẽ vincebat, ſic veniebat Thomas autẽ nõ
credebat nõ tãtũ quia idiotę erã, qui referebãt, aut fęminę, ꝙ̃ rei tanq̃ impoſibili diffidẽs. Nõ.n.dixit. Nõ
credo vobis, ſed niſi mittam digitum & manum, non credam. Dicitur autem Thomas didimus, nõ quia
dubius in fide, non.n.modo omnes apoſtoli didimi fuerunt, ſed Gemellus ſicut eſau & iacob. Thomas aũ
tem vſq; adeo rudis erat & carneus totus (quod cum venia tanti viri dicimus) vt rem impoſibilem iuxta
naturam expoſceret. Quando enim latere aperto, viueret naturaliter homo, ita vt vulnus manum caperet
hominis alicuius? Niſi forte electus iſte diſcipulus alterum ſomniabat Adam, cui dormienti coſta detracta Geneſ.2.
eſt. Vidiſti inſignem tarditatem huius beati viri? Niſi videro, non credam, Ergo iuxta paulum. Hebre. 9.
oportebat pati chriſtum ab origene mundi. Vnde igitur vox illa: memento mei domine, dum *veneris in* Luce.23.
D regnum tuum? Iſte latro ante mortem chriſti philoſophatur de gloria reſurrectionis eius. *Thomas.* Po- Auguſti.
tot documenta, tot viſa mirabilia: niſi videro inquit non credam. Et mittam inquit *manum.* Liquet, ꝙ cę
teri diſcipuli non id tantum dixerunt Thomę, vidimus dominum, ſed ꝙ *viderant* confixas manus pedes
q; & tranſfixum latus alioqui non dixiſſet Thomas: ſe quoq; id velle *videre*, tangere, immittere digitos
in foraminibus clauorum & lanceę. Auguſtinus. Siquid neſcitur, credẽdũ non [illegible]it, quomodo ſeruient par
tibus filij, eos ꝙ mutua pietate diligent, quos parentes eſſe ſuos *non* credit? Non enim ratione vllo pacto
ſciri poteſt: ſed inter poſita matris autoritate, de patre creditur. De ipſa vero matre plerũq; nec mater, ſed
obſtetricibus & nutricibus & famulis. Nam cui furari filius poteſt, alius ꝙ ſupponi, non poteſt decep-
ta decipere? Ita ꝙ & ſi decipere nos poſſit mater, decepta videlicet, credimus, quod ſcire non poſſe confite
mur. Quia ſine fide nec poſſumus viuere inter homines, nec placere deo. Et tamẽ Thomas affirmante Cę Auguſti.
tu apoſtolico dominum reſurrexiſſe, niſi inquit videro, & palpauero, non credã. Eſt autem iuxta Auguſ-
E tinũ tanta Eccleſię autoritas, vt dicat ſe non credere Euangelio: niſi quia Eccleſia hoc precipit, imo quia
Ieſus chriſtus hoc precipit, dicens, credite Euangelio. Marci.p̃. Capite. Et ſi requiras vnde Abraam vo-
catur pater fidei noſtrę, ſinus Eccleſie, pater Ieſu chriſti/ iuxta carnem (Matth.p̃.) Nempe per ſidem. Egre Geneſ.12.
dere inquit de terra tua, & veni. Quo domine. Ego monſtrabo tibi terram quandam. Terra autem illa
illo tempore quo deus loquebatur Abrę, pacifice poſſidebatur ab vndecim Gentibus, Genes. 15. Vnde
illud. Fide obediuit Abraam, vt in locum iret quem accepturus erat in hereditatem, neſciens quo iret. Cũ Hebre.11.
autem audiret / ſemen tuum ęquabit numero ſtellas Cęli & arenam maris, deſcendens in Aegyptum ſu- Geneſ.12.
blata eſt ei Sara anno fere integro, pręclara videlicet preludia implende promiſſionis ſibi a deo factę, ſic Figura.

HHH exit ſemen

Fondo Reservado de EL COLEGIO de JALISCO

erit ſemẽ tuũ, ſicut ſtelle celi. Adde q̄ acceptum ex promiſſione vnigenitum in quo implende erant pro
miſſiones celeſtes/adoleſcentem & perfecte etatis immolare iubetur, imo holocauſtum illud facere, vt ni
hil eis ſuper eſſet preter cineres. Ex his igitur tribus ſatis liquet, cuius meriti fuerit Abrae fides, per quã me-
ruit fieri pater xp̄i iuxta carnem: pater fidei noſtre: Eccleſie ſinus. Et cum Abraam crediderit filij ſui (quẽ
Hebre.11. immolare iubebatur) reſurrectionem/iuxta apoſtolum dicentem: fide Abraam obtulit Iſaac cum tentare
tur, arbitrans quia & a mortuis ſuſcitare poterat eum deus, qui vtiq̄ homo tantum erat: & eo tempore de
Ps.88. reſurrectione philoſophabatur, quando mors regnabat in mundo: & vbiq̄ canebatur illud, quis eſt ho-
mo qui non videbit mortem. Eruet animã ſuã de manu inferi. Thomas poſt tot documenta reſurrectio-
1.Cor.13. nis. Que ex ore chriſti audierat, qui doctrinam ſuam confirmarat ſequentibus ſignis, Niſi inquit videro,
Gregorius non credam. Preter mitto autem, q̄ Thomas duo contraria copulabat, non enim ſtat fides cum viſione,
ſed cũ venerit quod perfectũ eſt idest viſio euacuabitur quod eſt ex parte, idest fides. Sicut autẽ dicit Gre
gorius, minus nobis contulit credulitas Magdalene, q̄ incredulitas Thome, quia illa nec pedes ẽ permiſ
ſa tangere. Thomas autem diu dubitans: manum mittere iubetur in cauernam macerie. Ita Thomas diu F
dubitando & tangendo (tetigit autem neſcio quid) certior teſtis eſt factus dominice reſurrectionis. Quan
uis igitur modice fidei homo, quis imbecillis ingenij chriſtianus, nunq̄ ſollicitudinem ſuam Inquiſitioni
Thome equi parare potuiſſet. Nunq̄ enim poſt agnitam veritatis loquellã auſus eſſet petere, vt etiam
tactu chriſtum perſcrutaretur in chriſto, & in ipſo homine quem cerneret, hominis corpus inquireret, &
Leo papa reſurrectionis eius non tam mirabilem crederet gloriam q̄ paſſionis iniuriam comprobaret. Quod autem
dicit Leo papa. Thomas cum eſſet fidelis & iuſtus, hec omnia fideliter inquiſiuit, non q̄ ipſe aliquid du
Thomas. bitaret, ſed pro nobis hec operatus eſt: poſſem dicere cum venia tanti viri, q̄ illa omnia Thomas non fi
Rom.10. deliter ſed infideliter inquiſiuit: ſiquidem iuxta paulum fides ex auditu eſt non ex tactu. Nam reuera Iſaac
deluſus eſt in tactu pellium. Genes.27. Et q̄ dicit Leo papa. Non q̄ ipſe aliquid dubitaret: dicam ego nõ G
q̄ ipſe aliquid crederet. Namq̄ ſi credebat, ad quid requirebat tactum, & tactum viſcerum in homine
viuente? Et ſi credebat. Quomodo dixit, niſi videro & tetigero, non credam? Ergo non credebat, donec
tactu fieret certior. Itaq̄ Thomas ſi ex viſu & tactu putabat firmari fidem, toto errabat Celo: cum ſit e
conuerſo, dicente propheta. Niſi credideritis, non intelligetis. Habeat autem & Moſes virgã in manu ſua
Iſai.7. & cum virgam putaret, ſerpens viſus eſt, ruſum q̄ cum ſerpentem fugeret, virga erat. Non igitur occu-
lis credas, non manibus, crede aũt verbo chriſti dicentis, ego ſum, nolite timere. Tantã aũt curã habuit bo-
nus paſtor de vna hac oue reducẽda ad ouile ouiũ, vt pro ea lucrãda latus ſibi ſeruauerit apertũ: vel denuo
reſeruauerit, quod verius eſt, ſicq̄ verũ ẽ quod dicit Paulus, diligentibus deũ, omnia cooperãtur in bonum.
Roma.8. Et vbi abundauit delictum, ſuper abundauit & gratia, iuxta quod ſequitur. Et poſt dies octo erãt
Rom.5. diſcipuli eius intus, & Thomas cum eis. Venit Ieſus ianuis clauſis: & ſtetit in me-
dio, & dixit, pax vobis. Deinde dicit Thome. Infer digitum tuum huc, & vide ma-
nus meas, & affer manum tuam, & mitte in latus meum, & noli eſſe incredulus, ſed fi H
delis. Pacem ecce nunc tertio nobis offert vera pax, illa autem eſt vera pax, nunq̄ a dei voluntate diſ-
Iudi.3. cordare quod hic eſſe non poteſt: quia & ſi velle adiaceat nobis, perficere tamẽ non poſſumus. Roma.7.
Cõcordia dicente ſcriptura, iſte ſunt Gentes quas dominus dereliquit: vt erudiret in eis iſraelem. &c. Que ſit autem
concordie vis. Scilurus princeps huiuſmodi exemplo oſtendit. Conuocatis. 80. filijs, faſcem lanceatum tota
dem prolatum cum nullus ſimul omnes confringere poſſet, ipſe ſigillatim eductas e faſce/omnes fregit. Fu
niculus autem triplex difficile rumpitur. Eccle. 4. Ve autem ſoli, ſalutatis igitur omnibus, & ſingulari-
ter immaculatã ſua & tota pulchra, conuerſus ad Thomam. Ex quo inquit ſic obfirmaſti cor, & poſuiſti
illud veluti lapideum, vt niſi tetigeris, non credas, infer digitum tuum. Mitte manum in latus, & ſi ita res
fert, in fere cum oculis caput, & noli eſſe incredulus, ſed fidelis. vtrum autem tetigerit, ipſe nouit Auguſ-
Auguſti. tinus ſuper. ps.63. Ita dicit. Prebetur & corpus tangendum, mittit manum: contrectat & exclamat, do-
minus meus & deus meus. Reſpondit itaq̄ Thomas et dixit ei. Dominus meus & deus I
Matth.16 meus. Dicamus ergo q̄ vere tetigit, qui ſic exclamauit. Apprehendit. n. Thomas calciamentum huma-
nitatis, & diuinitatem que ad nos calciata venerat confitetur dicens dñs meus & deus meus. Caro & ſan
guis non reuelauit hoc Thome. Que. n. conſequentia eſt, vulnus tangere, deum exclamare? Tactu igi-
tur Thomas comprobat mortem crucis, voce autem gloriam reſurrectionis. ſic ad credendum nemo diffi
cilior. Ita nemo clarius deum & hominem confeſſus eſt. Tu autem tecũ perpende, q̄ profundum q̄q̄ latũ
fuerit vulnus illud lateris chriſti, oſtiũ arce Noe, in quo immitti facile potuit manus Thome. Itaq̄ o Tho
ma quandoquidẽ ita res fert & tua/& omnium qui non viderunt & crediturí ſunt, mitte manum. Exple
omne deſiderium, rimare profunda dei, eſto caprea/linx, ſerpens/Argus in videndo, eſto Briareus in tan-
Theophy gendo, & poſt hac noli eſſe incredulus ſed fidelis. Theophil. Sanctus Thomas vere fuit incredulus: & ideo
fruſtra quidam gratificantur Thome, q̄ data opera, & prudenter/non facile crediderit, nam dominus in-
credulum eum vocat. Reſpondit itaq̄ Thomas tot argumentis perſuaſus a domino. Dominus meus &
deus meus. Dicit ei Ieſus. Quia vidiſti me Thoma, Credidiſti. Beati qui non viderunt, K
& crediderũt. Approbauit ergo eius confeſſionem: ſed taxauit credendi difficultatem. Vnde illud. Qui
Matth.21. pre ibant & qui ſequebantur, clamabãt: benedictus qui venit in nomine domini. Quia igitur Abraam et
Luc.10. ceteri iuſti Reges & prophete qui preceſſerunt aduentum chriſti in carne, crediderunt futurum de myſte-
Num.13. rijs redemptionis generis humani, hoc idem & nos credimus iam rebus ipſis expletum. Nec refert verum
illi preceſſerint & nos ſequamur, quia fides vna eſt illorum & noſtra vtriq̄ enim vnum & eundem bo-
trum portamus, & expreſſum (adoramus) in cruce. Illud tantum intereſt, q̄ illi viderunt ſcapulas nos autem faciem

...rvado da EL COLEGIO de JALISCO

nos autem faciem: & (ſi dicilicet) manum miſimus cum Thoma intra latus chriſti, cuius ſacramentis paſ-
cimur & potamur. Et iuxta Ambroſium fila Cordarum cytharę ideo fides dicuntur quoniam & mortua Ambro.
ſonum reddunt. Ita Iob nunc de ſepulchro loquitur dicens, ſcio ꝙ redemptor meus viuit, hoc de capite Iob, 19.
& in nouiſſimo die de terra ſurrecturus ſum, hoc de corpore. Multa quidem & alia ſigna fecit ie
ſus in conſpectu diſcipulorum ſuorum, quę non ſunt ſcripta in libro hoc. Hęc autem
ſcripta ſunt, vt credatis, ꝙ ieſus chriſtus eſt filius dei. Sco. p. diſt. 26. quiſti, vnica. Multa eni.
ſcripta ſunt in Euāgelio Matthęi, Marci & Lucę, quorum nullū eſt reperire in Euangelio Ioānis. Quod
facile patet intuenti. Exceptis enim quinque vel ſex locis fere in nullo concordat cum cęteris, ſed. Ioannes
alia & cęteri diuerſa a Ioanne dixerunt, non contraria. Abſit, ſed diuerſa. Hec autem ſcripta ſunt vt cre-
A datis/ꝙ Ieſus chriſtus eſt filius dei, credatis quod non vidiſtis, quod Thomas confeſſus eſt dicens: dominus
meus & deus me, & vt credentes vitā habeatis in nomine eius, niſi quod fides ſine operibus in adultis mor-
tua eſt: lampas ē ſine oleo. Sicut aūt dicit Iſocrates, corporū imagines pulchra monumenta ſunt, ſed mul Iacob.
to digniores illę, quę res geſtas et mentem expreſſerint, cuiuſmodi ſunt ſcripturę & orationes arte elabora
tę. Has enim illis preferendas iudico primum quidem quod video honeſtos & probos viros non tam pul-
chritudine corporis, ꝙ rebus geſtis & earum memoria gloriari. Deinde ſtatuas neceſſe eſt illis ſolū ad eſſe
apud quos erectę ſunt, ſcripturę autē per omnia philoſophorū Gymnaſia diſſeminari poſſunt. Ad hęc ne
mo ſculpturis & picturis naturā corporis aſſimulauerit, mores autē & mentes ex eorū orationē, niſi nos Iſocrates
ſocordię tradiderimus: facile imitari poſſumus, iuxta quod Ioannes dicit: hęc aūt ſcripta ſunt, in eis tanquam
in ſpeculo faciem noſtrā comamus, donec aſpiret dies, & inclinentur vmbrę, & perueniamus ad faciē quā
ſuſpirabat Moſes. Exo. 33. Beati. n. qui non viderūt. &c. Et loquitur de preterito propter certitudinē pro-
B phetię. Congregāda eſt. n. eccleſia a quattuor orbis partibus, ſinapi paulatim ſenſimque explicāte vim ſuā. Canti, 2
Matth. 13. Sane heracletus Epheſius beatitudinem dixit, viuere iuxta beneplacitum. Pythagoras in exa-
ctiſſima numerandi ſcientiā poſuit beatitudinem, Hecatęus in eo ſtatu hominis qui ſatis eſt, Anthiſtenes
In modeſtia & humilitatę. Anaxagoras clazomentus in veri ſpeculatione. Plato/deo per quā ſimiles fie- beatitud
ri. Nihil verius. Socrates iuſticia ornatū fęlicem appellat hominē. Ariſtoteles ex bonis animi & corpo-
ris & fortunę ponit conſtare beatitudinē. Epicurus vitandā omnino famē & ſitim, & pro hoc contra ip-
ſum iouem (ſi res ferat) etiam arma ſumenda. Ad hęc Auguſtinus. Neſcimus quid velit vnus quidā homo Auguſt
& ſcimus quid velint omnes/vz eſſe beati. Sed cum tanta ſit varietas opinionum videlicet in quo conſi-
ſtat beatitudo, & hoc ſit ſignum ignorātie maxime in philoſophis, quomodo poteſt tantū amari, quod ſic
ignoratur: forte (inquit) omnes ſciunt quid ſit, ſed neſciunt vbi ſit. Hanc aūt veritatem omnes volūt eſſe
beati, etiam Academici pro indubitata habuerunt, qui alias de omnibus dubitabant. Velle autē quod nō
beati, id ipſum miſerrimū eſt. Cum ergo beati eſſe omnes homines volunt: profecto & eſſe immortales
deceat, aliter enim beati eſſe nō poſſunt. Ex quo videtur conſequi/ꝙ reſurrectio futura ſit demōſtrabilis
C volunt, aliter enim beati eſſe nō poſſunt. Ex quo videtur conſequi/ꝙ reſurrectio futura ſit demōſtrabilis
dicente Auguſtino, ꝙ ſicut appetitus ad beatitudinē eſt naturalis, ita & ad immortalitatē. Tamē iſtud
videretur concludere, ꝙ nullus eſſet miſer. Non tamē obſtat, quia non omnes conſequūtur naturale deſi- Idem.
deriū ſuę ſpeciei. Quo loco dicit Auguſtinus, ꝙ difficilius eſt inuētu anime beatitudo, ꝙ eius immortali-
tas, quia multi inuenerūt hoc poſterius, nullus vero ſine fide id quod prius. 12. de trinitatę, Ad hęc Hila- Hilarius
rius ſuper illud, ecce ſic benedicetur homo. pſ. 127. Si hęc perfecta bona fuiſſent, quę cum ſint bona: nō ta-
mē celeſtia ſūt bona, attamē ſi in his beatitudo timoris dei conſiſteret, nō obtinuiſſet vtique princeps fidei
noſtrę Abraā: cui vxor diu ſterilis/bis arrepta eſt, filius expromiſſione vnus/offerri in holocauſtum filius Gen. 12, 2
Ipſi deinde Iſaac duo filij diſſidētes, & vſque ad odiū mortis inimici. Iacob aūt ignoratę vxoris inopinatus
maritus. & ad nuptias alias falſo coatus: & viuētis funus patricidali fratrū mendatio plāgens, caruit timen Gene, 29
tiū dnīm benedictionibus. Quot aūt videmus peccatorum, florere domo/coniuge liberis: iā vero benedictio Gene, 27
nibus dei priuabitur fęlix illa & beata virginitas, Cauſā ſibi beatitudinis non relinquens, Et neſcio quo
modo propheta perfectam eam beatitudinem conſtituerit: quę negata ſanctis eſt, peccatoribus vſitata:
D non ſperanda virginibus ſit, cum dicit, beatus eris & bene tibi erit. Vera ita ꝙ beatitudo ea eſt de qua dici-
tur, credentes, vitam habeatis, quia credidiſtis in nomine eius.

Caput. viij. De ſeptem diſcipulis eūtibus piſcatum, quibus affuit chriſ
tus dominus dicens. Mittite in dexterā nauigij, & inuenietis itaque obe-
dientes voci domini, concluſerūt. 153. piſces magnos & optimos: nec ta
men rete ſciſſum eſt. Agnoſcitur autem chriſtus a Ioāne. Petrus autem
audiēs dominus eſt, miſit ſe in mare, vt citius perueniret ad chriſtū cęte-
ra vide in ioanne.

E POſtea manifeſtauit ſe iterum Ieſus ad mare tiberiadis, manifeſtauit Ioan. 12.
aūt ſic. Erant ſimul ſimon petrus & Thomas qui dicitur Didimus, et
Nathanael, qui erat a chana Galilęę: & filij Zebedei: & alij ex diſci
pulis eius duo. Dicit eis ſimon petrus. Vado piſcatum. Dicūt ei. Ve
nimus & nos tecum. Et exierunt: et aſcenderūt in nauim, et illa nocte
nihil prēdiderunt. Requiret forſitam a nobis quiſpiam, vbi conuerſabatur do-
minus Ieſus chriſtus illos, 40. dies a reſurrectione ſua, quando cum ſuis non erat. Id
quia ſe ignorare fatetur. S. Thomas. 3. q. 55. & nos fateamur ignorantiam noſtram,



Fondo Reservado de EL COLEGIO de JALISCO

Niſi dicamus cum eodem in.5.diſt.22.q.3.ꝙ animę ſanctę poſt reſurrectionem erant cum xpo in paradiſo
Thomas. terreſtri. Poteram dicere, quod magna difficultas eſt, vtrum illo tempore fuerit aliquis terreſtris paradi-
ſus; & alias animę beatorũ parũ ſunantur ab amęnitatę loci, non.n.refert vtrum ſint in paradiſo terre
ſtri an vbi erant ante mortẽ xp[illegible] viderent deum per eſſentiam. Dixit aliquis ſapiens ſed non in ſpũ ſctõ,
dominũ Ieſum illis, 40. diebus fuiſſe intra ſancta ſctõrum, quia dignior locus non erat in terra: quam ta-
men poſitionẽ coactus eſt retractare publice. Facit autẽ hoc loco grãdem tractatum Auguſtinus & poſt
illũ Gregorius, quoniam apoſtoli ſemel miſſa manu ad aratrum Euangelij (Luc.9.) nunc reuertantur ad
Auguſtin9 id quod fuerant, piſcatores v; non hominũ ſed piſcium Nam ſi id feciſſent inter mortem chriſti & reſurre-
ctionem, putaremus inquit eos, illa quę animos eorum occupauerat deſperatione feciſſe. Nunc vero poſt
oblatam ſuis oculis & manibus. Non ſolum videndam verum etiam palpandam rediuiuę carnis euiden
tiſſiman veritatem, poſt inſpecta vulnerum loca, poſt acceptum eius inſufflatione ſpiritum ſanctum, poſt
verba illa, quorũ remiſeritis peccata remittũtur eis. &c. ſubito ſiũt ſicut fuerũt, nõ hominũ ſed piſciũ piſca F
tores. Reſpõdemus apoſtolos nõ fuiſſe prohibitos arte ſua licita ſcilicet atq; conceſſa victum neceſſariũ
quęrere, ſui apoſtolatus integritate ſeruata, ſignum vnde victũ ſuis manibus conquerebat. Vide. 2. Theſ.
Cap. 3. Vbi magis impletum eſt quod ipſe ait. p̃. Cor. 15. abũdantius omnibus laboraui. / Et adiunxit, Nõ
1.Cor.4. autem ego, ſed gratia dei mecum, vt hoc quoq; appareat gratię dei deputandum, ꝙ & animo & corpo-
re poterat vſq; a deo plus illis omnibus laborare: vt neq; ceſſaret ab Euangelio predicando, neq; tamẽ ex
Euangelio ſicut illi ſuſtentaret hanc vitam, cum id per tot Gentes in quibus chriſti nomen non fuerat pro
phetatũ multo latius atq; fertilius ſeminaret. vbi oſtẽdit ex Euãgelio victum habendi / non neceſſitatem
apoſtolis poſitam, ſed poteſtatem datam. [illegible] ergo paulus ne illos grauaret quibus predicabat (nec doctri-
na eius quaſi venalis eſſet / & gentes offenderet a chriſti nomine alienas) aliter educatus, artem quam nõ
nouerat didicit (quod mihi quidẽ non ſatis probatur) vt dum ſuis manibus trãſigitur doctor, nullus gra G
uetur auditor, quanto magis petrus qui iam piſcator erat, quod nouerat fecit: ſi ad preſẽs illud tempus vn
de viueret non inuenit: ſed quur non inuenit, cũ dominus dixerit primũ Regnũ dei quęrite & hęc oia adij
cientur vobis: imo prorſus dominus quod promiſit, impleuit. Nam quis alius piſces qui caperentur appo-
Matth.6. ſuit. Qui non ob aliud credendus eſt, eis ingeſſiſſe penuriam, quã compellerentur ire piſcatum niſi diſpo-
ſitum volens exhibere miraculum: vt ſimul & predicatores Euangelij ſui paſceret, & ipſum euangeliũ tã-
to ſacramento quod erat de numero piſcium commendaturus augeret. Exierunt ergo, & illa nocte luſe-
runt operas ſuas. Obſeruandum autem ꝙ apparitio & manifeſtatio hęc domini in Galilęa facta eſt, vbi
erat mare quod dicitur Tiberiadis, illo enim apoſtoli ſe receperant, quo tutiores eſſent a phariſęis, donec
implerentur ſpiritu ſancto. Et quia per id temporis non licebat predicare, ne viuerent ex Euangelio, qui
Euangelio non nauabant operam, piſcatum pergunt, id ꝙ ſub noctem, quoniam luce non dum ſatis
eſſet tutum prodire in publicum, propter dominum Ieſum chriſtum magiſtrum ſuum recens ad crucem ad
iudicatum, quod breui innotuit per totam prouintiam Iudeę. Mane autem iam facto ſtetit Ieſus H
in littore, non tamen cognouerunt diſcipuli ꝙ ieſus eſt. toties auditum & viſum. Dicit er
go eis Ieſus, Pueri nunquid pulmentarij habetis? Reſpõderunt ei. Nõ. Dicit eis. Mit
tite in dexteram nauigij rete, & inuenietis. Miſerunt ergo rete & iam non valebant
illud trahere prę multitudine piſcium, Auguſtinus. Quod ſeptem diſcipuli fuerunt in iſta piſ-
Auguſti. catione, ſeptenario numero finis ſignificatur temporis huius ſeculi, quod ſeptem diebus voluitur. Ad qđ
pertinet ꝙ Ieſus ſtetit in littore, littus enim finis eſt maris. Stetit & mane ideſt in fine noctis ſeculi huius,
Eundem finem ſeculi oſtendit, ꝙ petrus rete traxit in terram, hoc eſt ad littus, de quo dictum eſt Matth. 13.
Ibi ſic erit in conſummatione ſeculi. Ita dominus alia piſcatione (de qua luc. 5.) ſignificauit Eccleſiam qua
liter nunc ſit. Quod autem illud fecit in principio predicationis ſuę, hanc autem piſcationem poſt reſurrec
tionem, hinc oſtendit, illam priorem capturam piſcium bonos & malos ſignificare, quos nunc habet eccle
ſia, iſtam vero tatum modo bonos, quos habebit in ęternum, completa in fine ſeculi huius reſurrectione I
mortuorum, Vnde illic dominus in naui ſedebat, hic ſtabat in littore. Illic quid captum eſt piſcium, in na-
uiculis fuit, non ſic [illegible] rete traxerunt in terram. Ibi retia non mittũtur in dexteram, ſed ab oriente & ab
occidente. [illegible]cantur piſces ad rete Eccleſię claudi Cęci & pauperes, & aliquando compelluntur. Cre
Luce. 14. de etamen voluntarium eſt. [illegible] autem mittite inquit dextroverſum rete, & inuenietis. Ibi rete propter
ſignificanda ſchiſmata: rumpebatur: iuxta illud. Quare diuiſa eſt propter te maceria? Et ruſus. Gene. 38.
Geneſ.38. Iacob editur a matre tenens plantam fratris ſui. Quin & vix concepti collidebantur. Gene. 25. Hic autem
cum tot eſſent & tanti, non eſt inquit ſciſum rete: in pace enim in idipſum dormiemus. p̃s.4. Ibi ſine nu-
mero ſunt. Quia per mixta ſunt paleis grana, hic autem innumerato / videlicet. 153. De quo infra. Mane
igitur facto ſtetit Ieſus in littore, nec tamen agnitus eſt, quod congruo tempori ſeruabatur, vt non ex pre
ſentia, non ex voce, ſed ex mirabili ſua operatione cognoſceretur omni potentia eius, cui omnia quę mo-
uentur in mari obediunt. Pueros autem vocat ſolita ſua clementia aut iuxta morẽ ſcripturę, Vide. 2. Reg. 2. K
Item, pri. Reg. 21. Item. 2. Reg. Cap. 2. Habetis pulmentarium? eſt autem Gręce: pros phagiom, inde dictum
ꝙ addatur pani. Ille rati quem piam eſſe e populo, qui veniſſet ad lacum mercaturus piſces, reſponderunt
Pſ.129. ſe nihil habere quod venderent, imo nihil habere quod ederent, luſerant enim operas ſuas: quia ſurrexe-
rant ante lucem. Affuit igitur lux, & inquit. Mittite in dexteram nauigij & inuenietis. Paruerunt igitur
verbo ſuadentis: neſcientes tamen quis eſſet. Nam moleſtia inſumpti laboris fruſtra et male ſuada fames
quę opprimebat eos: calcaria illis addidit, vt ruſus in verbo domini tentarent fortunam. Id igitur ꝙ pri-
mum fecerunt rete impletum eſt & multis & magnis, & optimis piſcibus. 153. adeo vt vix piſcatores ſep-



Fondo Reservado de EL COLEGIO de JALISCO

tem rete pertrahere poſſent ad littus. Dicit ergo diſcipulus ille quem diligebat Ieſus Petro
Dominus eſt. Simon petrus cum audiſſet, ꝙ dominus eſt, tunica ſuccinxit ſe, erat e-
nim nudus: et miſit ſe in mare. alij autem diſcipuli nauigio venerunt. Non enim lon-
ge erant a terra, ſed circiter cubitis ducentis, trahentes rete piſcium. Ex nouitate igitur
tanti miraculi permotus Ioannes, ac rem attentius penſiculās, aperti ſunt oculi ſui: & cum ex facie tū ex lo-
quela, & piſciū multitudine attētius intuens dñm Ieſum, agnouit/eū eſſe ſuper cuius ſinū recubuerat, et
dicit petro, En adeſt dominus. Nam petrus totus erat occupatus in pertrahendo reti velut altera Martha Ioann. 13.
Sed ecce ꝙ primum petrus audiuit dominus eſt/pallio ſuccinctus, miſit ſe in lacum: & curſu āte vertit Io- Ioann. 19.
annem, qui eundem petrum monumentum verſus in curſu anteuenerat. Ioannes ergo prior agnouit domi- Ps. 15.
A num chriſtum, ſed petrus prius venit, quia non raro ſtat foris ſcientia, vbi intus eſt dilectio. Multiplicatę
ſunt infirmitates eorum qui figuram gerunt Marthę, & poſtea accelerauerunt, & preceſſerunt Mariam.
Accelerauerunt autem ad medicum ſuum. Sequitur. Vt ergo deſcenderunt in terram, viderunt
prunas poſitas & piſcem ſuper poſitum & panem. Dicit eis Ieſus. Afferte de piſcibꝰ
quos prendidiſtis nūc. Aſcendit aūt ſimō petrus, & traxit rete in terrā plenū magnis
piſcibus centū quinquaginta tribus. Et cū tanti eſſent vel tot, non eſt ſciſſū rete. Petrus
primum proſilijt e naui, ceteris in ea remanētibus ſecūdū vt celerius xpi iuſſa impleret: conſcendit nauim
ad trahendum rete, cęteris per terram continuantes tractum. Tenet hoc loco Nicolaus probabiliter, ꝙ pe-
trus ambulans ſuper aquas venit ad chriſtum. Id alij viderint. Non eſt autem veriſimile ꝙ Ioannes tacui-
ſſet tantum miraculum ad commendationem petri quem arctius diligebat. Cęterum panis & prunę &
piſcis ſuperpoſitus omnia de nouo creata ſūt ab eo qui. Annis. 40. menſam parauit populo. Sed et vos
inquit afferte de piſcibus quos cępiſtis nunc. Date: quia datur it vobis, & dabitur. Pręuenit. n. nos gra- Gene.
B tia eius, comcomitatur & ſubſequitur: Iuxta illud. Ero cuſtos tuus, quocunqꝫ perrexeris, & reducam te in
terram hanc nec dimittam: niſi compleuero vniuerſa. Quę dixi. Ita ꝙ petrus audito, afferte de piſcibus, re-
uerſus in nauim pertraxit rete ſciendū ꝙ tres iſti numeri centū quinquagita tres oēs ſunt ſacrati. Nā cētena-
rius qui eſt in dextera in modum coronę, ęternam ſignificat requiem. Quinquagenarius qui iuxta legem iu-
bileo deputatur, remiſſionem peccatorum prefigurat, & reſtitutionem hominis in patriam ſuam, vnde
exul miſſus eſt propter preuaricationem ſuam. Ternarius autem numerus Beatiſſimę trinitatis eſt ſymbo-
lum. Alias autem numerus hic. 153. ex aggregatione numerorum ab vno vſqꝫ ad. 17. incluſiue componitur.
Decimus ſeptimus autem numerus ex decem componitur & ſeptem. Decem ad legem refertur, propter de-
calogum, ſeptem ad euangelium propter ſeptem dona ſpiritus ſancti. qui & ipſe eſt remiſſio peccato-
rū. Accedit igitur gratia ſpiritus ſancti ad decalogum: & impletur lex, quę alioqui iugum erat importabi-
le. Significantur igitur hoc numero electi vtriuſqꝫ teſtamenti, qui tenentes fidem beatiſſimę trinitatis, co-
C operante gratia ſpiritu ſancti decalogum impleuerunt. Iſti ſunt magni piſces, digni qui apponantur in mē-
ſa dei, quamuis nunc concutiantur vndis ſęculi huius, Sunt enim ſicut lilia inter ſpinas, & ſicut margari-
tę inter lapillos. Sunt ſicut octo animę in arca Noe inter tot omnigena animalia ꝗ in arca ferebātur, quo- Origenes
rum incertus eſt numerus. Ad hec Origenes ſuper leuiticum, Piſces illi ſecundum legem mundi ſunt, qui ha-
bēt pinnas & ſquammas. Hęc nanqꝫ eorum natura perhibetur qui ſquammas non habēt nec pinnas, vt in
imis ſemper & circa ipſum cęnum demorentur, ſicut ſunt anguillę & his ſimilia, quę non poſſunt aſcende-
re ad aquę ſanitatem: neqꝫ ad eius ſuperiora peruenire. Illi vero piſces qui pinullis iuuantur ac ſquammis
muniuntur, aſcendunt magis ad ſuperiora, & aeri huic viciniores fiunt, velut qui libertatem ſpiritus quę-
rant. Qui igitur ſquāmas non habent, velut ex integro carnes ſunt, qui deponere nihil poſunt. Qui autē
eas habent, ſunt tanqꝫ qui parati ſunt veterem hominem exuerē cum actibus ſuis: ſi ad retia fidei deducan-
tur. Refert autem plinius de piſce remora rem ſcitu dignam. Lib. 32. Cap primo. Quid inquit violentius Plinius
mari ventis ve & turbinibus ac procellis? Quo maiore hominum ingenio in nulla ſui parte adiuta eſt na-
tura ꝙ velis remis ꝙ? Addatur his & reciproci ęſtus inenarrabilis vis, verſum ꝙ totum mare in flumen.
D Tamen omnia hęc pariter ꝙ eodē impellētia vnus ac paruus ad modum piſciculus ſeſquipedalis/ appe-
llatus remora in ſe tenet. Ruant venti licet, & ſęuiant procellę, imperat furori, vireſqꝫ tantas compeſcit, & Remora
cogit ſtare nauigia, quę non vincula vlla non anchorę pondere irreuocabilis factę refręnat impetus & do-
mat mundi rabiem nullo ſuo labore, non retinendo, ſed inhęrendo. Hęc puſilla eſt ſatis contra tot impe-
tus, vt vetet ire nauigia. ſequitur. Tenuit noſtra memoria Caij principis ab Aſtura Ancium remigātis
nauim, vt res eſſet auſpicabilis hic piſciculus, ſi quidē nouiſſime tum in vrbem reuerſus ille imperator/te-
lis confoſſus eſt. Nec longa fuit illius morę admiratio. ſtatim cauſa intellecta, cum e tota claſſe quinqꝫ re-
mis ſola nō proficeretur, exilientibus protinus qui id quęrerent circa nauim: inuenire adherentem guber-
naculo, oſtenderūt ꝙ Caio indignanti, hoc fuiſſe quod ſe reuocaret, quadringentorum ꝙ remigum obſe-
quio/contra ſe intercederet. Conſtabat peculiariter miratum, quomodo adherens tenuiſſet, nec idem po-
E lleret, in nauigium receptum. Graſſatur & aries piſcis vt latro: & nunc grandiorum nauium in ſalo ſtā-
tium oculatus vmbra, ſi quem nandi voluptas inuitet expectat. Nunc elato iuxta aquam capite, piſcan-
tium cymbas ſpeculatur, occultus ꝙ ad natans mergit. De hoc plinius liber. 9. Cap. 43. Iſti piſces ſi ſpiri- Aries
tualiter intelligantur non ſunt de numero. 153. Tranſibunt igitur ab aquis niuium ad calorem intolerabi-
lem. Quare: quia non ſolum rumpunt rete, quin & ſubmergunt nauagia, vel remorantur a curſo ſuo. Iob. 2. 4
Prudens lector eſto mecum. Dicit eis Ieſus. Venite, prandete & nemo audebat diſcumbē-
tium interrogare eum. Tu quis es: ſcientes quod dominus eſt. Et venit ieſus: & acce-
pit panem, & dabat eis: & piſcem ſimiliter. Hoc iam tertio manifeſtatus eſt Ieſus diſ-



Reservado de EL COLEGIO de JALISCO

ret & opprimeret, vtens voluntate pro lege popularem gubernationem(dictatoris officium ſemeſtre, vel
annum conſulatum) inſtituerunt. Nam poſt q nō naſcitur Rex talis in ciuitatibus/qualis inter apum exa
mina, ſtatim a principio tam corporis q animi habitu(alter Saul) cęteros ante cellens, neceſſe eſt Cęteru cō
ſultantiū facto inſtituta conſcribere. Eo autē facto fundamento, q non ſcientia ſed in ſcriptis quibuſdā
conſtitutionibus moribus q agere cogimur, ne mireris ſi cito peſſū eat reſpublica. Nec immerito quādo
hi qui cardines vocantur reipublicę, cum vel maxime ignorantia detineamur rerum videlicet q ... im puerbiū.
ūa tam en ſapere plurimum arbitrantur, tenent q gubernaculum, qui nunq ſederunt ad ſcalmum. Hęc
ille. Quę verba non platonis videntur ſed pauli. Tu autē prudens lector audi vide & tace de hoc vide. 2.
A paralip. Cap. 23. Eduxerunt filium Regis ſeptemnem, & poſuerunt ſuper eum diadema & teſtimonium,
dederunt q in manu eius tenendam legem: & vnctum, Regem conſtituerunt. Erat igitur ſalutaris prudē
tię, vt poſt Tyrannicę necem Reginę ſuccedenti in Regno filio Regis/cum ipſo regni habitu diſciplina
legis dei ſeruanda traderetur. Et qui ſe prelatum ouibus videret regendis, ipſe ſe regendū diuinis legibus
ſubdi debere meminiſſet. Vnde illud, Noctu vrebar. &c. Et illud, quis ſcandalizatur, & ego non vror. 2. Gene. 31.
Cor. 11. Sed iſtę phęnices rariſſimę ſunt: ideoq pro miraculo habentur. Moſes receſſurus e ſęculo, ita orat Num. 27.
paſtorum principem. Prouideat deus ſpirituum vniuerſę carnis hominem. &c. Origenes. Quid agis Mo Origenes
ſes, Nunquid filij tibi nō ſunt Gerſon & Eleazar? Quomodo non oras deum, vt ipſos conſtituat populo
duces: ſed diſcant Eccleſiarum paſtores ſibi non eos qui conſanguinitate generis iuncti ſunt teſtamento de
ſignare(non enim Ioanni ſed petro dicitur paſce oues meas) neq hęreditarium tradere Eccleſię principa
tum( Eccleſię canonicatus archidiaconatus & prefecturas cęteras/quas cum regreſſu multi tranſmittunt
B ad filios nepotes conſobrinos & huiuſmodi portenta, vę mihi ſi tacuero) ſed referre ad iudicium dei. Nū Num. 11.
non poterat Moſes principem eligere populo: & vero iudicio eligere iuſta q ſententia: ad quem dixerat
dominus. Elige. 70. ſenes: quos tu ipſe ſcis presbyteros eſſe. & ... egit tales: in quibus continuo dei ſpiritus
requieſceret & prophetarent omnes? potuit ergo ita eligere principem populi, ſed non audet. Quur? Ne
poſteris preſumptionis relinquat exemplum. Tanto autem debet actionem populi actio tranſcendere
preſulis. Quantum diſtare ſolet a grege vita paſtoris. Fidelis ſermo. Paſtores epulantur, cotidie, ſplendi-
de, induuntur purpura & byſſo. Oues autem cupiunt implere ventrem de micis menſe eorum. De hac ita Gregori9
q Gregorij ſententia ipſi paſtores ſunt rogandi. Tu ait petre ſi amas me & plus q cęteri, paſce/non te ſed Luc. 16.
oues. Apud perſas nato primogenito, cum annum quartum decimum attigerit. Regi pedagogi puerū ſuſ
cipiunt quattuor videlicet electi/ſapientiſſimus, iuſtiſſimus, temperatiſſimus atq fortiſſimus. Horū primus Perſę.
cultum deorum docet. Et inſtituta regia ſecundus. Tertius monet ut in omnium vita ſit verax, vt nulla cu
pidine ſuperetur, vt libere venire conſueſcat. Quartus denique intrepidum illum reddit, ne quando quippi
C am metuens, ſeruus fiat. Pro his quatuor/dominus ieſus ſolam dilectionem explorat in petro, ſed hanc nō
vulgarem. Ita dicit. Origenes. Petro cum ſumma rerum de paſcendis ouibus traditur & ſuper ipſum ve- Origenes.
lut ſuper petram fundaretur Eccleſia, nulla confeſſio virtutis alterius ab eo niſi charitatis exigitur. Ve- Ambroſi
tum iuxta Ambroſium quando petrus tertio interrogatur de dilectione, ideo fit, vt ſciat ſe magna cum dili Auguſti.
gentia debere curare quod frequenter mandatur. Iuxta Auguſtinum/redditur negationi trinę trina confeſ
ſio, ne minus a mori lingua deſeruiat q timori, et plus vocis videatur elicuiſſe mors imminens: q vita pre
ſes. Quid eſt autem dicere, ſi diligis me, paſce oues, niſi ſi me diligis, non te paſcere cogita, ſed oues meas,
& ſicut meas paſce, non ſicut tuas, quę ieſu chriſti ſunt require, non qui tua ſunt. Quid eſt non quę tua Sabbelli.
ſunt? Multi ſunt qui iuxta paulum, epiſcopatum deſiderant: opus videlicet immenſi laboris, ſed illi non o
pus Marię non opus Marthę ſed opes & honorem deſiderant & vocari ab hominibus rabbi. Silueſter preſ
tigijs demonum quibus ſe ſe addixerat, per certos honorum gradus pontifex demum factus eſt. Cęterum
longioris vitę cupidus, ſuum demonem cōſulit quandiu in humanis futurus eſſet. Tum ille ambiguo vi
D delicet(vt aſſolet) reſponſo/diu inquit, ſi hieruſalem non adieris. Accidit igitur, vt anno q pontificem a
gere cęperat quinto ineunte, cum mihi ſacratiſſimę crucis ędem veniſſet ſacris operaturus, ineam templi
partem deſcenderit, quę hieruſalem dicitur, ac tum inter agendum ſacra memor oraculi, ſenſit fatale tempus Silueſter.
ad eſſe. Ibi vero pęnitentia adductus, frequenti populo / ſuum ſed quod ſuper antea occultum habuit ta-
ſus eſt flagitium, inde multitudinem hortatus eſt ad cultum verę pietatis, ac precatus vt corpus ſuum d...
ſectum & laniatum, quando ita ſane eſſet meritus, bigis imponeret: ibiq huma... eq... ſua ſpon
te ſubſtitiſſent. Mirum hic accidiſſe aiunt, quo intelligi poſſit, quandiu vita ſuper eſt, ... ad ... Ezech. 18.
pęnitentię. Biiuges equi nullo agente. Lateranenſi baſilicę onus ... ibi loci ſepultum. Hic igi...
non opus deſiderabat ſed honorem, tamen nolo mortem peccatoris ... pastor paſtorum. Cum ergo
petrus interrogatur de amore, in vno Petro omnes Eccleſię paſtores conueniuntur. Petrus autem cū au
dit diligis me plus his cautior factus eſt ruina, de cęteris quidem quantū amaret dominum/non reſpondit
q ſui ipſius vix ſibi conſcius eſſet, de ſe autem humiliter reſpondit, cuius tamen dominum teſtem audet
E facere, dicens. Tu ſcis q diligam te. Quantum alij te diligant, ipſi viderint, q te amem ſcis, nec ignarus in
terrogans. Et dominus ſi me amas, eum amorem impende ouibus meis vel agnis, et agni iſti ſunt ouis illa
centenaria. Luc. 15. Rogatur Petrus. 2. quod eodem modo intelligitur, nec refert. vtrum dicantur oues vel
agni, niſi q ſunt in Eccleſia qui vocentur infantes, qui adoleſcentes qui iuuenes, qui & patres conſcrip-
ti & ſenes quia non vnius & eiuſdem meriti ſunt omnes in Eccleſia. Imbecillores enim portantur in vul p. Ioan. 5.
na iuxta Eſaiam. Cap. 40 alij in ſinu. Num. 11. alij vero in humeris. Luc. 15. Alij vero qui fortes ſunt / ipſi
precedant gregem & ſunt paſtores. Ioann. 10. Paſce oues inquit. Gregorius. Diſpenſatione pietatis dei ac Gregori9
tum credimus, vt is quid futurus erat paſtor Eccleſię, in ſua culpa diſceret; qualiter alijs miſereri debuiſſet



Fondo Reservado de EL COLEGIO de JALISCO

prius itaq; eum oſtendit ſibi, & tunc prepoſuit ceteris, vt ex ſua infirmitate cognoſceret, q̄ miſericorditer
alienas infirmitates toleraret. Quid eſt autem q̄ interrogatus Petrus tertio de amore: contriſtatur? Nem
pe toties iterata dñi interrogatio, ſcrupulū in iecit Petro, qui & ſibi cōſci⁹ eſſet, q̄ vere dñm diligeret tū
quia poſt tam magnifica p̄miſſa, ter abnegauerat dominum, precauebat ne idem olim faceret, quod iam
ſemel, 2. & 3. fecerat: & maxime quia non a fœmina ſed a carnificibus interrogandus erat tormentis &
cruce. Quid inquit vrges toties amantem tui: cum ſcias & vere ſcias q̄ amen te, & q̄ amen te pluſq̄ om
nes? Nam ſi ita non eſſet, nunq̄ id ipſum rogaret Petrum, quod erat illum confundere. Et dominus ſi ego
tibi ter charus ſum, vt diligas me plus q̄ tua, plus q̄ tuos, plus q̄ te ipſum: hanc amoris menſuram oſtēde
in ouibus meis. Amare plus aliquid ſignificat q̄ diligere. Significat enim q̄ amoris actus extenditur vſq;
ad appetitum ſenſitiuum in quo eſt paſſio amoris. Vide Ioannis, 10. Cap. multa. Amen amen dico ti
bi, cum eſſes iunior: Cingebas te et ibas quo volebas. Cum autem ſenueris: extēdes
manus tuas, et alius te cinget, & ducet: quo tu non vis. Hoc autē dixit ſignificās qua
Augus. morte eſſet clarificaturus deum. Quid conſequentiæ habet verbum hoc, cum eſſes iunior ad prece
dentia? interrogauerat dominus petrum, num diligeret eū, reſpōdit amo, ſufficiebat id rogaſſe ſemel, ter
te enim mihi ſufficeret, qui cor non video, quanto magis ſufficeret domino qui p̄pequi intuetur cor, ſicut 1.
Re.16. qui videbat quibus medullis viſcerū ſuorum dicebat petrus. Amo. Non ſufficit domino, interrogas
2, interrogat & tertio: cum igitur videret petrum fixum in amore ſuo, facit eundem certiorem, quando q̄
Rom.2. illum ex hibiturum opere, quod profeſſus ē ore. Forſitam enim pro iuſto quis audeat mori, id quod et pe
trus alias promiſerat dicens, animam meam ponam pro te, Ioann.13. Itaq; iuxta corporis robur, & aleris to
lerantior quo magis viribus valebas. Eo mollius fouebas carnē tuam, obſequens in multis dei deinde eius
ambulabas velut onager quocunq; ferebat voluntas, & tuo ferebaris arbitrio. Cibo & potu ferociens, G
quando vel maxime caro frenanda erat, ſicut Agar in ſaniret in ſaram, concepto fœtu. Soluebas tibi cingu
Gene.16. lum aut reſtringebas pro libitu: ſomno vacans & vxorijs delitijs. Verum cū ſenueris, quando ætas fomen
puerbiū. tis indiget, & requiem a laboribus: ipſam enim ſenectus ægritudo ē, nec ſola venit dulius tractaberis, iuxta
2.Cor.12. quod paulus dicit, cum infirmor in carne, ſpiritus robuſtior efficitur. Tu igitur porriges manus, & alius
te cinget, & ducet. Nolentē volentem ad mortē. Quo ne duceteris cum eſſes iunior, ter abnegaſti vitam
ſed tunc vigebat caro, ſpiritus ægrotabat. Huc alludit anus illa platina, quæ tarditatem inceſſus excuſans,
ait: ſe graue pondus geſtare. Tantū inquit hoc oneris fero. Quid oneris? annos. 74. Seneca porro ſenectu
tem morbum in ſanabilem appellat. Vnde illud, Metue ſenectam, nō. n. ſola venit. Auguſtinus, Nolens igi
Auguſti. tur Petrus ad mortem venit, ſed volens eam vicit, & reliquit hunc infirmitatis affectum, quo nemo vult
mori: vſq; adeo naturalem, vt eum beato Petro nec ſenectus auferre potuerit. Quid dicimus beato Petro
ſaluator ipſe poſt triduum de morte acturus triumphum, timet tamen vel cœpit pauere & meſtus eſſe, &
orauit patrem pro calice transferendo, qui vtiq; mori venerat, nec habebat mortis neceſſitatem, ſed volūta H
tem. Sed moleſtia quantacunq; ſit mortis: debet eam vincere vis amoris: quo amatur ille, qui cum ſit vi
ta noſtra, etiam mortem voluit perferre pro nobis. Nā ſi nulla eſſet mortis vel parua moleſtia, non eſſet
tā magna martyrū gloria, Ducent te inquit quo non vis, Nolumus. n. expoliari, ſed ſuper veſtiri. 2. Cor. 5.
Sap.9. Licet. n. corpus quod corrumpitur aggrauet animam: & ſit nobis graue ad portandum, rebelle & ſui iu
Rom.7. ris in multis, adeo, vt paulus exclamet, o me hominem infœlicem, tamen ita diligimus cōpedes noſtras aſ
reas licet & domeſticum hoſtem: vt nolimus illud nobis tolli per mortem, ſed vt mortali ſuperueniat im
mortalitas, non tamen intercedente morte. Quia & ſi in morte a malis ad bona tranſeamus, tranſitus ta
men ipſe amarus eſt: & Petro & paulo, dicamus noſ & xp̄o, qui preſēte morte cœpit pauere. Itaq; ſi petrus
ductus eſt quo noluit: inquit Auguſtinus, ſed volens Nolens mortuus eſt. tamen volens coronat⁹ eſt. Vn
illud, bonum certamen certaui. & c. 2. Timo. 4. Hæc vox militis exultantis eſt, quoniam finita pugna, ap
Auguſti. propinquabat corona. Gregorius: Sed ſi cū exultatione miles fortis appropinquat ad gloriam paſſionis: I
Gregori9. iuxta illud, vbi audierit buccinam, dicit (Exultando) Vah: quid eſt quod petro dicitur, alius te cinget, &
Iob.39. ducet quo tu non vis: Quomodo de paſſione gaudet qui cinctus ab alio: ire cogitur quo non vult? ſed ſi
penſamus qualiter animus appropinquante morte, & mortis metu cōcutitur, & tamen de corona lætatur
intelligimus, quomodo glorioſi certaminis ſubire periculum volens nolit. Sicut. n. vir fortis cū vicino iā
certamine armis [illegible]tur: & palpitat & feſtinat, tremit et ſæuit, quaſi pauere per pallorem cernitur, ſed
[illegible] vehementer [illegible]tur: ita ſanctus cum paſſioni ſe propinquare conſpicit, et naturæ ſuæ infirmitate
concutitur, & ſpei ſuæ ſoliditate [illegible]oratur, quia per mortem temporalem tranſit ad vitam eternā. Sic nos
